



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 2

2 400 40 Saffia
MADE IN SPAIN



R. 4598

P. M. B. B. B. B.


OCTAVIANI
VVLPELLI
A SANCTO ANGELO
METAVRENSE
DE LIBERTATE ECCLESIASTICA

L I B E L L V S,

MVM
AD ILLVSTRISSIMVM, AC REVEREN. D.
D. IOSEPHVM FERRERIVM ARCHIEPI-
scopum Colosseñ. & Coadiutorem in
Archiepiscopatu Vrbini.



VRBINI Apud Bartholomæum, & Simonem Ragusios fratres.
M. D. LXXXV.




DE LIBERTATE ECCLESIASTICA.

LIber eo, inuidiam ridens : me templa tuentur,
Sacra, Sacerdotes, queis data iura fero.

Christophori Curiatij Burgensis in libellum De Liber-
tate ecclesiastica D. Octauiani Vulpelli I. V. D.
ad Lectorem Octaesticum.

DOctrina eximum Vulpellum, nomine clarum,
Cuiq; patet docti, quod cecinere sophi.
Vicenos quamuis quater impleuisse decembres
Noscas, & studio seruit amica manus.
Libertas sacra vt sit defendenda, relinquit,
Doctrina varia percipienda tibi:
Palladis hic artes, hic annos Nestoris egit,
Gratus erit fama, gratus & ingenio.



ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO D.

D. IOSEPHO FERRERIO ARCHIEPISCOPO
Colosseñ. & Coadiutori in Archiepiscopatu
Vrbinateñ. D. suo Colendissimo.



V M Libellum De Libertate ecclesiastica me-
is formis exprimere, necnon in lucem da-
re animus esset, ideoq; diu de patrono, ac
defensore cogitassem, cuius tutelę, & me,
& ipsum committere possem; nemo mihi
Amplissime Pr̄esul te vno dignior, aut apti-
or se obtulit; dignior non inquam solum ob tot tantaq;
nature, & fortunę bona, quibus cumulate abundas, sed po-
tius ob maximas pr̄eclarissimasq; animi tui virtutes, quibus
homines affecti, nedum ad tui amorem, ac obseruantiam
mouentur, sed penè dixerim coguntur; aptior postea ob
autoritatem, quam non solum modò retines, at in dies ma-
gis atq; magis adepturus es; quapropter, meo iudicio, ne-
mini Librum de Libertate ecclesiastica differentem dedica-
re par fuit, quām tibi Ecclesiæ meritissimo, ac primario
Antistiti; Reliquum est, vt te orem, ne voluminis paruitas
tuam gratiam remoretur, aut minuat, quia mole quidem
est paruus, sed quoad ea, quæ continent, grandiora volumi-
na superat; nanq; si materiam spectes, inuenies grauem, si
ordinem, aptis, & accōmodatis locis videbis omnia bene

† 2

disposi-

disposita : si locutionem , non barbarem , nec spinosam , vt
eam , qualiter peritorum vulgus vtitur , reperies : sed verè
latinam , puram , luminibusq; ingenij vndequaq; refertam ,
& talem , vt vno verbo dicam , in qua lector etiam moro-
sus nil amplius desiderare possit : talia enim sunt omnia hu-
ijs Auctoris opera . Accipe igitur hilari vultu hoc meæ in
te obseruantæ pignus , qualecunq; sit , animo reputans tuo ,
quòd qui dat , quod habet , omnia dat , meq; in eorum nu-
mero repone , qui te summopere colunt , obseruant , & vene-
rantur . Vale . Datum Vrbini die 29. Iulij 1595.

mz mz
Illustris. ac Reuerendiss. D. Tuæ.

Seruus deditissimus

Bartolomeus Ragusius impressor Vrbinae.

OCTAVIANI VULPELLI IVRECONSULTI
A SANCTO ANGELO METAVRENSE
LIBELLVS

De Libertate ecclesiastica .



AD LECTOREM.



N tibi , candide Lector , lucubra-
tiones , quas de Libertate ecclesia-
stica superioribus mensibus , dum
Serenissimus Franciscus Maria Fe-
retrius , Vrbini Dux VI. in Oppi-
do Durantis moram traheret ; suc-
cessivis horis extra Auditorium ,
& bibliothecam meam edidi :
quas Serenissimo Domino meo ,
vt aliàs , dicare non sum ausus ; tum quia id munusculum
tanto Principe dignum non cognoui ; tum quia Zoilorum
obtrectationes , & Sycophantæ morsus pilifacio , paratus
æquè , boniq; consulere , quicquid aduersus scripta mea
sanioris iudicij viri dixerint : ita vt sub clypeo auctorita-
tis Serenitatis Suæ , vel ad umbram Feretriæ Quercus ,
tanquam ad sacram anchoram , modò confugere non sit
necessum . Vale igitur : & siquid ex eis utilitatis perce-
peris

peris , id totum Deo tribuas : cùm omnis idoneitas no-
stra ex Deo sit (vt Paulus ait) errores autem omnes (si
qui sunt) mihi adscribas : doctiorum etenim correctioni,
& præsertim Sanctæ Matris Ecclesiæ me , ac lucubrationes
meas lubentissimè subijcio .

Datum Pisauri 15. Decembris. M. D. LXXXVIII.

DE LIBERTATE ECCLESIASTICA. I

SVMMAE RERVM PRIMAE PARTIS.



EDERICVS 2. Im-
perator præcepit, ecclesia-
sticam libertatem ser-
vare .

nu. 1.

Pœna eccles. libertatem
lēdantis .

nu. 2.

Libertas eccles. quid sit.

nu. 3.

Ecclesia libertas quomodo lēdatur.

n. 4.

Decimas , vel eleemosynas dari vetans
eccles. libert. offendit .

nu. 5.

Statutum, quod occidens clericum, pecu-
niariter puniatur , est contra libert.
eccles.

nu. 6.

Statutum prohibens laicis cū clericis con-
trahere, est contra liber. eccles. n. 7.

Statutum, quo funeribus pompa imminuz-
tur, an valeat .

nu. 8.

Statutum, quod in Missis nouellis extra
modum non donetur , an sit aduersus
ecclesiasticam libertatem .

nu. 9.

Funerum impensas olim faciebat Eccle-
sia Constantinopolitana .

nu. 10.

Testator an mandare possit , eius corpus
cum alacritate tumulari .

nu. 11.

Thraices populi funeribus gaudent.

n. 12.

Testatoris dispositio aduersus bonos ma-
res an seruanda .

nu. 13.

Laici clericos ad seculare iudicium tra-
bentes, an eccles. libert. lēdat .

n. 14.

Clerici, etiam ex Episcopi cōsensu, laicorū
foro se subijcere non possunt .

nu. 15.

Papa an mandare possit , vt Clerici corā
laico conueniantur .

nu. 16.

Clerici ad vñā causā tantū Principis se-
cularis delegati fieri possunt. nu. 17.

Clerici à Principiū consilīs esse possunt.

num. 18.

Clericus, Iudicis secularis forum non de-
clinans, quomodo puniatur .

nu. 19.

Actor laicus, ad iudicium seculare clericis
trahens, cadit à Iure suo .

nu. 20.

Dignitatis clericorū habenda ratio .

n. 21.

Principes, qui apostoli as litteras absq;
corum licentia præsentari vetant, an

liber. eccles. lēdant .

nu. 22.

Edictum, quo prohibentur laici armato-
rum congregations in Ecclesijs face-
re, an valeat .

nu. 23.

Confutatio Ducalis super matrimonij
clandestinis an valeat .

nu. 24.

Qui clericos ad resignāda beneficia com-
pellunt, eccles. liber. offendunt.

n. 25.

Confugientes ad Eccles. qui extrahunt ,
quando libert. eccles. lēdant .

n. 26.

Homicidium ex proposito perpetrans an
in Ecclesia sit tutus .

nu. 27.

Delinquens sub spe immunitatis Ecclesiæ,
an in Ecclesia capi possit .

nu. 28.

Ecclesia facinorosos homines recipiens ,
an immunitatis priuilegium perdat .

num. 29.

Laicus , qui ex Ecclesia extrahi non po-
test , an armis veitius foliari possit .

num. 30.

Casus, in quibus ecclesiastica libertas lē-
di non potest .

nu. 31.

A

DE

PARS PRIMA.



- C**ECLESIASTICA libertas inuiolate, & ad vnguem seruanda est, vt etiam Federicus 2. imperatoria corona ab Honorio insignitus, præcepit in Auth. Cassa, & irrita. C. de sa. san. Eccles. mille Marcharum auri multa, infamiz, & iurisdictionis priuationis pena, vt ex autographo imperatoris videre est, & in constitutione propè si. coll. 10. Quod postmodum iure pontificio ad excommunicationis nemum extensum est, c. Nouerint. de senten. excommun. Idq; singulis annis à Rom. Pontifice proclamat, ut ex Bulla In cœna Domini fusius constat. Sed operæ pretium est scire, quid sit ecclesiastica libertas. Quando, & ex quibus laedi dicatur: ne quis saceroru canonū censuris, & excommunicationis laqueo temerè innodari contingat.
- 3** In vniuersum igitur dici solet, Ecclesiæ libertatem esse immunitatem, seu priuilegium, quo fruitur Ecclesia, glo. c. Cum deuotissimam. 12. Q. 2. seu securitatem Ecclesiæ, & consequentur eius sacerdotum, vt ait Archid. ibi, & Hosti. in summa: vel teste Aegid. Bellem. super glo. nu. 5. est immunitas, vel securitas Ecclesiæ, quasi extra munera secularia, vel exactiones, ac vexationes, quibus priuatæ personæ fatigari solent.
- 4** Quæ tūc laedi dicitur, cū statuta eduntur, quibus quicquam fit aduersus priuilegia iure diuino Ecclesijs concessa, vel a Pontificib; Impp. ueindulta, vel cum quid ecclesiasticis prohibetur, quod diuino, vel humano iure vetitum non reperitur, prout Innoc. Abb. Io. ab Imo. & cæteri communi calculo sensere, d. c. Nouerint. quod & probat Sum: Tabie. excom. casu 20. nu. 1. Idemq; visum est, si priuilegia non speciali, sed communi iure competant, & ab ecclesijs, & Ecclesiasticis personis auferantur, c. Quæ in Ecclesiistarum. vbi Bal. de constit. Sali. Fulg. Alci. d. Auth. Cassa. Signor. conf. 21. Curt. sen. 27. Natt. conf. 280. lib. 2. & Thom. Doccius conf. 6.
- 5** Hinc est, quod statuere, vt Ecclesiæ, vel ecclesiasticis personis eleemosynæ, vel decimæ non dentur, sit aduersus ecclesiasticam liber-

Pars prima.

- libertatem, c. Reuertimi. 6. Q. 1. c. Decimas; 17. Q. 7. Sum. Tabie. d. casu 20. Nauar. in Enchirid. de excomm. nulli reseruata. c. 27. hoc enim est contra priuilegium vniuersalis Ecclesiæ ab Impp. concessum, vt quilibet ecclesiæ, & ecclesiasticis personis elargiri possit, l. 1. l. illud. l. fin. C. de sa. san. Eccles.
- 6** Sicut statuere, quod occidens clericum pecuniaria pœna puniat, cùm Quiritum iure homicida ultimo suppicio damnetur. Thom. d. conf. in princ. Summa Tab. supra.
- 7** Vel si prohiberentur laici cum clericis contrahere, c. fi. de im- mun. eccles. li. 6. Bart. Sali. d. Auth. Cassa.
- 8** Hinc queri solet, an valeat statutum laicorum, quo funebris pompa imminuatur, clericorum, vel cæreorum numerus restringatur, & quod consanguinei lugubribus vestibus non induantur, & similia: & licet pleriq; controuerant; ea certior videtur sententia, quod laicis statuere permittitur: ne in funeribus immoderati sumptus in cæra, & in reliquis, quæ ad pompam pertinent; fiant, f. m. c. animæ defunctorum. 13. g. 2.
- 9** Nene in primis missis, quas Nouellas vocant, extra modum offeratur, interpretando c. fi. de reb. Eccle. non alien. de ijs, quæ diriguntur ad Eccles. vel quæ ad diuinum cultum pertinent: quia eiusmodi pompa magis sunt, vt aiunt, viuorum solatia, quam mortuorum suffragia, vt habetur in August. lib. De cura pro mortuis. c. 2. & 18. vtque post diuum Thomam 4. distinct. 45. Q. 2. & Gaiet. casu 31. probauere Abb. d. c. fi. ex illo tex. De reb. Eccle. non alien. & conf. 26. lib. 1. c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. nu. 6. distinguendo, vt supra. Felin. nu. 122. Dec. 63. de constit. Tabie. d. casu 20. licet dubia videatur. & nouissimè Nauar. supra dubitationibus Tabi. respondens, & præsertim quod quamvis ex hoc Eccles. & ecclesiastici minus lucentur: tamen eiusmodi factū suaptè natura nō eo refertur, sed per accidens, quod non consideratur, arg. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat.
- 10** In ciuitate Constantinopolitana olim funerum sumptus Ecclesiæ faciebat: cui ob id oneris Costantin. & Anastas. Impp. mille, & centum officinas donauerunt, vt ex eorum redditu funerum sumptus faceret, & feretra suppeditaret; Vespillonibus, & lecticarijs mercedes solueret; ijs nempe, qui mortuos efferunt, & sepeliunt, vt habetur in Nouel. 43. de offi. Eccles. Constantinop. & 59. vbi Iacob. Cuiacius. De sumpt. fun.
- 11** An autem aduersus eccles. liber. fecisse dicatur testator, qui eulogio cauit, eius corpus cum sonis, & alacritate tumulari: quod Thracæ obseruant.

A 2

22 Qui

- 12 Qui vitæ cruminas deflent, & funera plaudunt: Idemq. Emnium poetam fecisse tradunt: sitq; eiusmodi dispositio seruanda: et cum naturali ecclesiæ facultati circares, vel personas nil detrahatur, libertas lædi non videtur, ex his, quæ congerit Minadous in repet. constitut. Regni incip. In aliquibus. nu. 13. cum seqq. Quod & fecisse refert Alci. in l. nemo potest. ver. Nec leges. ff. de leg. 3. Michaelm Termunrcuem Mediolanensem, qui aureum vnicuiq; legauit, à quo elegati epigrammate laudatus, vel vituperatus fuisset: & post hinc inde congregata pro dispositionis validitate sensisse videtur.
- Dum Placentiæ Gubernatorismunus gererem, coram me quæstionis fuit, an subsisteret dispositio à Comite Alberto Rubro facta, qua cauit, singulis annis sericeum brauim scutorum quinquaginta velociori cursu valenti tradi, & ex ijs valere respondi. Memini Suas olim ciuitatis mediterraneæ Senonum, nunc sub ditione Illustrissimi Marchionis à Robore Ducatus Vrbini, quæ plures marmoreas inscriptiones reperiisse: & præsertim cuiusdam Iulij Tertij, qui singulis annis die mortis eius prandium vniuerso populo exhiberi mandauit: ea enim legata, quæ nil turpidinis continent, aut aduersus pietatem, & christiana dogmata non tendunt, dubio procul valere arbitror.
- 13 In principali tamen quæstione nostra, quæmuis tutò dici possit, ecclesiasticæ libertati nullum fieri præiudicium; testatoris voluntatem, cetera, contra bonos mores, & christianam consuetudinem seruandam non putarim.
- 14 Aduersus eandem libertatem quoq; laici ire videntur, qui in eorum iurisdictionem clericos trahere audent, c. Nullus iudicium. c. sacerdotibus. 11. q. 1. sicut nec testator clericis heredi mandare potest, vt laicali iurisdictione submittere debeat, Rip. Bolognet. d. l. Nemo potest. nu. 66. Sum. Tabie. d. casu 20. in princ. Alciat. d. Auth. Cassa. ver. Libertates.
- 15 Qui, etiam volentes, & de consensu Episcopi laicorum iudicio se submittere non possunt, c. fi. de fo. compet. Bal. l. 1. C. de iudicis viduit. tollen. Hoc in summa de iudi. s. quæ sit materia.
- 16 Quod nec quidem Papa mandare posse, auderūt aliqui, vt Gramm. decif. 61. nu. 10. quibus me minime subscribo, cum Papa ciuiiles, criminales, & spirituales causas laico delegare possit, et etiam Episcopus, spiritualibus exceptis, quando clerici idonei non reperiuntur ex ijs, quæ docent Henri. Boic. in c. At si clerici. de iudi. Card. Zab. in repet. c. Perpendimus, de senten. ex comm.

- comm. & pleno cornu Aufrer. Clem. r. col. 46. de offi. ordin. in repet. Bero. in eis dilecti filii. nu. 36. de arbit. etiam cum facultate excommunicandi, Dec. c. 2. nu. 10. de iud. Rol. conf. 23. nu. 18. li. 1.
- 17 Nec miram, quia etiam clerici quandoq; ex causa, & eventu possunt secularibus negotijs se immiscere, vt ex. Io. à Turri Crema ta in c. si quidem. 11. q. 1. & ad vnam causam tantum fieri delegati Principis secularis, Abb. c. sed nec. & c. clericis. Ne cler. vel mon. eiusq; Consiliarij, dammodo in casu, vbi pena sanguinis infligitur, non consulant, Abb. supra. nu. 9. & fusius Alex. Raudensis trac. de Anologis. c. 39. nu. 40. doctor etiam, atq; etiam laudandus.
- Sicut erat olim à consilijs Serenissimi Duci Vrbini Camillus Perutius: qui tot annis fuit à secretis Illustrissimorum Cerd. Vrbini, & Estensis: cuius prudentia, & integritati Dux plurimum confidebat.
- 18 Illud præterire non possum, quod clericus, iudicis secularis forum non declinans, tanquam canonis transgressor venit iudicis arbitrio puniendus, Bal. d. l. 1. C. de iudicis. viduitate toll. propè fi. Aufrer. d. clem. 1. 3. quæstio. col. 41.
- 20 Sicut & actor in seculare iudicium Clericum trahens à iure suo cadit, Auth. Statuimus. C. de epis. & Cler. Bar. l. ex quacunq; 2. lect. nu. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. quod fusius habetur in Nouel. Frider. Imp. de statut. contra liber. ecclesiæ. s. item statuimus. coll. 10. const. fi. etiam si ipse quoq; sit clericus: & dabitur conuento, Rol. conf. 24. nu. 14. li. 1.
- 21 Nec durum videatur, quia habenda est ratio dignitatis eorum, quibus dictum est, Vos Dij estis. Exo. 22. & illud, quod vulgo circumfertur, quod sacerdos quilibet est maior Rege, arg. l. nemo clericus, vel miles. C. de sum. Trinit. & fi. cath. clericalis enim ordo dignitas est, & honor, c. deniq; vbi glos. 4. dist. Tiraquell. Denobil. c. 9. quod & ipse probo cum Alci. ibi, Nouerint autem sacerdotalem dignitatem in animi candore, & sacramentorum ministerio confitere; non vt ament primos accubitus in cenis, & priores cathedras in sinagogis contra euangelicum textum Mat. 23. Mar. 12. sic n. declarat Alci. d. l. nemo clericus. & Io. Quintinus. De iudi. vers. Talem.
- 22 Eandem quoq; libertatem ledere dicuntur seculares Principes, qui apostolicas litteras absq; eorum licentia, ad ecclesiasticum forum pertinentes, exhiberi vetant, vt ex Bonifacio 8. in c. Que. vbi ex 162.

- vbi Io. And. & ceteri scrib. de immun. Eccles. li. 6. & ex Bulla In cœna Domini , vbi Nauar. nu. 68. & de excommun. nemini refer. nu. 129. in Enchir. Castr. conf. 84. incip. Præfens dubium Tabie. super casu. 20. col. pen.
- 23 Quod si prohibeantur laici armatorum congregations facere , & in Ecclesiarum possessionem se intrudere ob vitanda scandala , & ne venientibus cum litteris apostolicis vis fiat , idq; in Principum constitutionibus declaretur , prout in Ditione Vrbinensi , laudandos potius Principes , quam damnandos arbitror , prout simile statutum probat Ange. conf. 23.
- 24 Sicut in constitutione super matrimonio clandestino post Pontificiam facta ad maiorem editi Pontificis obseruantiam , superaddendo penas seculares , quæ nulla habita cognitione super matrimoniij validitate , non videtur statuta contra ius superioris , sed pro eo , eiusq; reuerentia , præsertim cum de ipsa specificam mentionem faciat ex ijs , quæ scribunt Feli. c. Super his. fall. 9. De maior. & cbed. Dec. conf. 138. Ay. 314. Couar. 4. decretal. c. 6. nu. 18. Menoch. de arbit. iud. casu 398. Cur. sen. tract. De consuet. nu. 455. Claud. Bertaz. in addit. ad conf. Paris. conf. 85. nu. 8. eademq; constitutio est Mediolani in nouis constit. Rub. De pœnis .
- 25 Idemq; dicendum est in his , qui directè , vel indirectè clericos ad resignandas eorum Ecclesias compellunt , vt ex concilio Vienensis respondit Clemens 5. vbi Io. An. & Bonif. Vital. in Clem. Multorum. De pœnis .
- 26 Sic ea aduersus eccles. libert. agere dicuntur laici satellites , qui ad Ecclesias configentes extrahunt , c. Inter alia . c. fi. de immun. Eccles. exceptis casibus permisis , super quibus adhuc altercantur maiores nostri , vt ex ijs , quæ scribunt in d. c. inter alia. videre est , & nouissimè ex responso Deciani 80. li. 3. & ijs , quæ docent Illustrissimus , & Reuerendissimus Card. Alba. trac. De immun. Ecle. Io. de Vischis d. c. Diffiniuit & Remig. de bon. eo. tit. post Alex. conf. 145. li. 6. aduersus quem moder. Parisiensi. immoderatè nimis differuerunt .
- 27 Illud nō præteribo , in quo crebrior videtur scribentium schola , & cōmunis obseruātia , quod ex proposito homicidium perpetrans , vel sub spe immunitatis delinquens , (quod satis liquere videtur ,
- 28 si propè Ecclesiam quis studiose delinquit , & statim ad Ecclesiam fugiat) dubio procul extrahi potest , glos. in s. Sed neq; quam probant Iac. Belui. & Bar. in Auth. de mand. Princ. Azo. Sali. l. 2. C.

2. C. de ijs , qui ad Ecclesiam configug. Io. ab Anach. 1. De homic. Ancha. d. c. inter alia. Io. Fab. 5. fi. Institut. de his , qui sunt sui , vel alien. iu. & de eo , qui sub spe immunitatis deliquit , Abb. c. 1. de immun. Eccles. Card. Alba. Remig. fallen. 25. eo tit. Iodoc. Brugen. in enchy. c. 106. Boe. decis. 109. Marc. decis. Delphi. 120. Papien. de inquis. nu. 31. Henric. Boic. c. Ecclesiaz. De immun. Eccles. Rebuf. l. 2. De immun. art. 1. glos. 1. nu. 20. Siluest. in Sum. vér. Immunitas. 3. Did. Variar. resol. c. 20. Alci. Parer. li. 7. c. 6. & De præsump. reg. 3. præf. 35. Plaz. in proditorie occidente , c. 20. & in necante ex insidijs Mill. praxi. crim. fol. 31. no. 19. Et quod reus ijs casibus à Iudice laico extrahi possit , Did. Reb. Plaz. supra , & Clar. s. fi. Q. 31. dicens sic Mediolani , & Cremonæ seruatum fuisse prout , ego pluries in Ditione Vrbinensi seruauit , & seruari vidi ex ijs , quæ dixi supra , & alijs in responso meo 128. incip. Quod Odoardus hispanus .
- 29 Nec mirū , quia statim , quod Ecclesia eiusmodi facinorosos homines recipit , sibi quoad priuilegium in tali casu præiudicat , si vera est Sali. sententia in l. Ex indulgentia. C. De senten. pas. nu. 4. Quod absq; ratione non dicitur : quia Ecclesia est de territorio loci , in quo sita est : & ideo laicus ibi delinquens à seculari Iudice punitur , Bal. Castr. C. de epis. & cler. licet quoad sacrilegium , cuius crimen mixtum est , ab vtroq; damnari possit , seruato præventionis , ordine vt sic respondit Rol. cont. 24. li. 1. Ego , dum eram Gubernator Placentia , posui satellitum custodiam iuxta Ecclesiam , & inde ob reuerentiam , quæ Ecclesia debetur , Episcopum requiri : qui lubenti animo perquirendi licentiam satellibus concessit , & reum in manibus secularis Curiæ tradit iussit : qui ex insidijs hominem occiderat ; & laqueo suspensus est. Quod est conforme opinioni Sali. in d. l. Præfenti. C. de ijs , qui ad Ecclesiam configug. & in Auth. Si quis. vbi etiam Ang. C. De adult. ac Aret. De malef. ver. In scalis sancti Petronij : quæ non displicet Remigio supra Q. 1. licet tandem dicat receptionem esse sententiam , quod in casibus exceptis configiens , etiam absq; episcopi licentia , extrahi possit : eamq; etiam in praxi seruari : quam probauere Ferrat. in forma inquisitionis , Igneus l. 1. Ad Syllan. Card. Clem. 5. de offi. ordi. Gui. Pa. decis. delph. 121.
- 30 Illud preterire nō possum , quod etiam in casibus , in quibus Iudez laicus fugientem ad Ecclesiam extrahere non potest : ipsum tamen armis veritis spoliare potest , si crederemus Foller. in praxi canon. in miscellan. nu. 30. Cui tamen , nisi aliud allegetur , assentire

tire non possum: hi enim, quos adducit, principalem q. non tangunt, nec Ecclesiaz immunitas hisce leuiibus violanda est.

- 31 Sunt etiam quāmplures vulgares casus , quibus ecclesiastica libertas lādi dicitur : quos operæ non est pretium adnumerare , cum ex ijs Io. Lup. trac. de Liber. eccl. par. 1. q. 10. viginti , & vnum recenseat : & de eisdem Io. de Vischis in d.c. diffiniuit. nū.
72. affatim scribat .
Ad secundam igitur partem trāseō , in qua vtiliores quæstiones , quæ in foro quotidie versantur , discutientur .

SVMMAE RERVM SECUNDÆ PARTIS.

CCLESIASTICA	Li-	scribuntur.	nu. 10.
<i>beritas an lēdatur, si lai-</i>		<i>Quid, si solennitatum obseruantia fit dif-</i>	
<i>corum statuto bona pro</i>		<i>ficiis?</i>	nu. 11.
<i>collectis obligentur.</i>			
num. 1.			
Statutum laicorum, quōd Ecclesia nun-			
<i>quam prescribat, an valeat.</i>	nu. 2.		
Statutum, tribuens executionem instru-			
<i>mentis laicorum tantum, an lēdat ec-</i>			
<i>clesiasticam liber.</i>	nu. 3.		
Bona ad titulum patrimonij si clericis			
<i>concedantur, an collectis grauari</i>			
<i>possint.</i>	nu. 4.		
Constitutiones Piceni grauant clericos			
<i>pro bonis sibi donatis, que collectis</i>			
<i>sunt obnoxia.</i>	nu. 5.		
Statutum, quōd prohibet alienationes in			
<i>Ecclesiā, an contra libert. eccles.</i>			
<i>dicatur.</i>	nu. 6.		
Quid si in non subditos.	nu. 7.		
Constitutio, quōd bona stabilia sine Prin-			
<i>cipis licentia non donentur, an valeat</i>			
<i>in clericorum praividicium.</i>	nu. 8.		
Constitutio, quōd mulieres nupta absq;			
<i>ducali rescripto non obligentur, an</i>			
<i>Ecclesia, & clericis praividicet.</i>	nu. 9.		
Clerici an comprehendantur statutis, qui-			
<i>bis extraordinariae solennitates pra-</i>			
scribuntur.			
<i>Quid, si solennitatum obseruantia fit dif-</i>			
<i>ficiis?</i>			
Constitutio, an in non subditos aliena-			
<i>tionem prohibet, an clericos compre-</i>			
<i>bendat.</i>	nu. 12.		
Principes an alienandi libertatem in cle-			
<i>ricorum praividicium coercere possint.</i>			
num. 13.			
Clerici pro exercitu non habentes:			
<i>quia sunt claves, & necessaria Rep.</i>	nu. 14.		
Constitutionis verba, quōd in rem, vel in			
<i>personam sint, an referat.</i>	nu. 15.		
Statutum, ubi de pub. vtilit. non agitur,			
<i>sed primatorum tancūm, an clericos</i>			
<i>comprehendat.</i>	nu. 16.		
Constitutio Principis, quōd frumentum			
<i>extra territorium non exportetur sine</i>			
<i>licentia, an clericorum frumenta con-</i>			
<i>tingeat.</i>	nu. 17.		
Quid si pro vsu eorum.	nu. 18.		
Quid si extrahatur, vt cariore pretio			
<i>wendatur.</i>	nu. 19.		
Immunitates an, si de publica vtilitate			
<i>agatur, seruentur.</i>	nu. 20.		
Clericorum frumenta an sub generali			
<i>pretij moderatione contineantur.</i>			
num. 21.			

Cleric

- | | | | |
|--|---------|---|---------|
| Clerici frumenta carius vendentes pec-
cant. | nu. 22. | an ab executore laico capi posse , vt
Episcopo exhibeatur. | nu. 38. |
| Clerici ad caritatis opera magis tenētur,
quam laici . | nu. 23. | Quid si absq; habitu, & tonsura. n. 39. | |
| Clericorum bona sunt pauperum. nu. 24. | | Clericus de assassinio notatus , an à laico
Iudice capi, & dñari posse. nu. 40. | |
| Clerici an teneantur ad ea , qua ob pub-
vilitatem facuta sunt . | nu. 25. | Laicus si post delictum fiat clericus , an
a Iudice laico puniatur. nu. 41. | |
| Clerici an ligantur statuto, ne altius edes
sellantur : | nu. 26. | Clericus coram Iudice laico causam a-
gens , quando laicorum status alli-
getur. | nu. 42. |
| Quod via sternantur. | nu. 27. | Clericus contrahendo cum laicis , an eo-
rum consuetudines seruare teneatur.
num. 43. | |
| Quod pontes reficiantur . | nu. 28. | Clericus in decisiōiis laicorum statutis
non subiicitur. | nu. 44. |
| Quod mania instruātur . | nu. 29. | Clericus statutaria præscriptione non li-
gatur. | nu. 45. |
| Clerici quando ad murorum custodias
teneantur . | nu. 30. | Clericus ad quas collectas teneatur .
num. 46. | |
| Clerici coram ordinarijs eorum fru-
menta describi facere debent. nu. 31. | | Clericus an tenatur hospites recipere .
num. 47. | |
| Confuetudines laudabiles in quoconq; fo-
ro seruande . | nu. 32. | Clerici an subeant onera , que ob hostium
incursus imponunt . | nu. 48. |
| Clericorum privilegia personis adhærente.
num. 33. | | Lex ad instructionem in quibus correcta
fuerit . | nu. 49. |
| Statuta, quod facta sint à Ciubis , vel à
Principe , multum differt . | nu. 34. | Clerici an ad datum vino impositum ec-
neantur . | nu. 50. |
| Imperatoria leges an in foro canonico
seruari debeant . | nu. 35. | Clerici an datio carnis , & salis subj-
ciantur . | nu. 51. |
| Clerici an obligentur statuto, quod nemo
vadat noctū absq; lumine . | nu. 36. | | |
| Clericus cum armis repertus an à satel-
litibus laicis capi possit . | nu. 37. | | |
| Clericus in flagranti crimine repertus , | | | |

A circular library stamp with the text "UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK" at the top and "ERLANGEN-NÜRNBERG" at the bottom.

R. Nem.

De Libertate ecclesiastica.

noue eleganti
ssimi rationi

69 conuincit
Cardinalis Al
berg insuot. t.

de immunit. eccl
tomo. 13. ttt. ix.

2. p^t ex fol. 18.

SECVNDA PARS.

NON ab remodo videndum est, an aduersus libertatem ecclesiasticam ciues egisse videantur, qui vniuersa eorum bona pro muniberis ordinarijs, & perpetuis Reip. soluendis obligauerunt, si fundus post legē cōditam ad Ecclesiam peruererit: & negatiue quoad

libertatis lesionem respondendum videtur: quandoquidem hoc non est quicquam de clericorum iure diminuere, vt declarat Alci. d. Auth. Cassa. d. ver. Libertates. Quinimmò videntur Ecclesiaz ad eiusmodi munera subeunda teneri, re cum suo onere transeunte: ne dum quando certum onus impositum fuerat, antequā ab Ecclesia acquireretur, quo casu pro quibuscunq; oneribus perpetuis, & ordinarijs obligantur, verum etiam si poste, pro muniberis tamen realibus, & minime sordidis, vt ex Iac. Beluis. in repet. s. contrahentes. nu. 105. c. Romana. de fo. compet. & ijs, quz pro statuto Perusino dicente, qud omnia bona tributaria censeantur; scripsit Bal. in l. i. s. qud si nemo propē si. ff. quod cuius vniuer. nom. Et quando bona in lib. censu, (quem z̄stimum vocant) descripta sunt, etiam absq. dicto statuto probauere Castren. Aret. l. apud Iul. s. h̄eres. de leg. 1. Dec. conf. 285. nu. 5. Gui. Pa. Q. 87. & breuibus de communi testando Aegid. Thom. trac. de collec. Q. 47. Foller. super constit. Regni. tit. de Sa. san. Eccles. Curt. Iun. conf. 68. Bello. 40. & ante eos pleno cornu respondit Barbat. conf. 1. col. 5. li. 3. dicens ex hoc libertati eccles. vim non fieri: quia habet prēdia à lege humana, non diuina, & quæ à lege humana procedunt, legi humanae subiiciuntur: licet ex hoc solo, qud bona in z̄stimo reperiantur, verior sit sententia, qud nulla inducatur hypotheca, ex Bar. in l. rescripto. ff. de mune. & hono. & conf. 189. incip. Si aliqua possessio. Alci. d. l. placet. C. dē Sa. san. Eccles. ver. Extraordinariū. in statuto Eugubiensi, qud omnia prēdia sint tributaria, & pro collectis obligata.

Requiritur ergo vera ciuium per collectis soluendis hypotheca, & non sat est simplex bonorum in z̄stimo descriptio; vt bona etiā ad clericos cum eorum onere transeant, vt Bal. Aret. & Alci. a- junt in d. l. placet. & tandem probat lo. Quinti. in Aristocrat. Christianæ Ciuit. ti. de cau. & indic. rerū tempor. col. 3. nu. 3. Illud pro comperto est, si concurrant obligatio, statutum, & cen-

sus

Pars secunda.

II.

sus descriptio, Ecclesias omnino teneri; vt etiam in validioribus terminis scripsere Tancred. in compendiosa Rub. de quæsti. q. 11. Marin. Caraman. super constit. reg. rub. Quod clerici. Cur. Iun. conf. 64. Calcan. 7. Ay. trac. de antiquit. temp. 4. part. vers. Praemissa. nu. 9. Bero. conf. 111. nu. 6. Alci. 8. nu. 9. Tomo 3. Burs. pleno. cornu conf. 16. nu. 10. Rimini. Iu. conf. 2. in 1. aduersus clericos Parmenses. Bertaz. conf. 126. in 1. Pet. Bel- luc. in spec. princ. ti. De donati. rub. 46. nu. 5. in 1. Pet. Bel- luc. Quod etiam facilius in Vrbinen. Ditione admittendum, in qua magna prædiorum pars ad Ecclesias, & ecclesiasticas personas pertinet: & vbi laici hac ex causa maiora subeunt onera & quotidie pauperiores fiunt. Quod & perpedunt scriben. supra.

3 Sic & vires habere statutum aiunt, qud Ecclesia nunquam præscribat, Bal. rub. de constit. Natt. conf. 647. nu. 11: quia eiusmodi statutum acquirenda, & non acquisita respicit: quod ipse facile non admitterem: quia auferre ius præscribendi ab Ecclesia, est tollere, quod communi iure conceditur.

3 Sicut & valere, si dicatur, qud instrumenta publica paratam habeant executionem, si actores sint laici: nam ecclesiastica non legitur libertas; nec clerici conqueri possunt, cum non id propter ab eis priuilegium aliquod auferatur à Papa, Principe, vel communi iure concessum, sed à statuto: quia instrumenta Quiritum, vel canonum lege paratam executionem non habent, l. nimis propter. C. de execut. rei iudic. Alci. Thom. supra. nu. 2. post Bal. in l. si quis curialis. C. de Epis. & cler.

4 Sed quid, si in meris juris terminis versemur, dicendum in bonis in titulum patrimonij à patre filio clericu, vel ab alijs concessis, collectis obnoxij? Et videtur negatiue respondendum ex glos. in c. Episcopus. ver. Subsidium. de præben. vbi Abb. nu. 3. Feli. d. c. Ecclesiaz S. M. nu. 10. & 13. vers. Retenta, & post eum Dec. nu. 22. allegat. Bal. tit. de pa. const. nu. 17. licet fateatur, qud quando collecta rebus imponitur, & non personæ, clericu pro rebus teneantur.

Sed contrarium Gomez. in s. Fuerat. nu. 6. Instit. de act. respondens alleg. à Dec. defendendo Abb. d. c. Ecclesiez S. M. dicen- tem. nu. 7. qud bona clericorum Ecclesiaz priuilegio fruuntur solum in casibus iure expressis. Couar. li. 1. variarum resol. c. 4. Vas. trac. de succes. li. 3. p. par. s. 22. limit. 17. nu. 42. ex- presse negantes, Ecclesiarum bonorum priuilegijs eiusmodi pa- trimonia frui debere: que ad alimenta clericorum tantum eis

B 2

con-

- consignata fuere: & in quibus eorum consanguinei succedunt.
- 5 Sed quicquid iure statuendum sit, ex forma constit. Piceni. c. 19. li. 3. in antiq. clerici donationes, emptiones, & quosvis alios cōtractus recipere prohibetur, etiam excommunicationis pena, cum instrumentorum nullitate, nisi solitas collectas persoluant.
- 6 An autem municipij lex seruanda sit, quā alienationem in Ecclesiam absolute prohibeat; ita vt aduersus eccles. libert. facta dici possit, & pro Ecclesia respondendum est ex c. fi. de immunit. Eccles. li. 6. Bal. d. c. Ecclesiaz S. M. vers. sed ecce: quia in Ecclesiaz odium, & contra eius libert. facta videtur. Aliud si lex vetat immobilia in censu descripta in personas alienari, à quibus collecta non possint exigiri, vel in non subditos, nisi certa forma seruata: vt declarat Bal. ex tex. ibi in Auth. Sed & periculum. C. sine con. vel reliq. quocum Sali. & Castren. transiuerent. Bal. conf. 299. li. 1. Franc. de Albergot. quem refert Card. in c. perpendimus. de senten. excomin. dicens, ita consuluisse, & sic respondit Barb. conf. 14. nu. 9. li. 2.
- 7 Vnde probabilis, & communiter recepta videtur Card. distinctio in d. c. perpendimus. quod cum in laicorum statutis de clericis fit mentio, tunc aduersus libert. eccl. fieri dicitur. Aut non, & tunc, si statuta certam præscribant formam, quā sine magna difficultate seruari possit, valent: quod probat etiam, & sequitur. Barb. d. conf. 14. col. 4. li. 2. post Sali. d. Auth. Cassa. & Ricard. de Sali. repet. l. 1. C. de Sa. san. Eccl. dicens eiusmodi quæstionem Mediolani in sala D. Vicecomitis Archiepiscopi disputasse assentit Dec. ita distinguens d. c. Ecclesiaz S. M. quandoquidem lex non dicitur facta contra liber. Ecclesia, sed ad publicam utilitatem, ex quo non simpliciter, sed secundum quid alienationē prohibet: & lex Ecclesiam, & personas ecclesiasticas emere non vetat; sed laicum venditorem sibi subditum ad collectas obligat. Contrarium tamen probat Castren. conf. 432. nu. 12. in l. quem refert, & sequitur Veral. Auditor Rom. Rotę, decif. 194. 3. par. dicens ita conclusum.
- Sed Castren. allegat Bar. in l. fi. C. de Sa. san. Eccl. qui nu. 18. loquitur in statuto prohibente fieri venditionem Ecclesiaz (quod in ipsarum odium facere videtur) non quando generalis est prohibitio, vt etiam addens ibi fatetur.
- Nec mirum videatur, quod Resp. propriam utilitatem Ecclesiaz utilitati preferat; quia id iure permittitur, licet incidenter in Ecclesia damnum redundet, Bal d. conf 297. & 299. li. 1. Frider. Senen.

- Senen. 85. Natt. 515. omnino videndus.
- Quinimò Frider. d. conf. dicit valere statutum Patauij, quod nemo alienet in hominem alterius iurisdictionis, vel communis onera non subeuntem: etiam si fiat in Ecclesiam; quia est universalis in odium non soluentium, modicum afferens Ecclesijs præiudicium: quod & probare videtur. Reuerendissimus Card. Alban. conf. 8. nu. 8. & licet Ecclesia cum omnibus contrahere possit: non tamē cum prohibito lege communi, vel particuliari, teste Feli. supra col. fi.
- Imò Ant. à But. in l. assiduis. C. qui potior. in pig. hab. laudare videtur statutum, quo prohibentur laici bona allodialia in clericos alienare: cum quo Bal. in c. quā in Ecclesiarum. de constit. & in c. clerici. de iudic. in bonis perpetuo onere affectis, las. 1. filiusf. s. diui. de leg. 1. Signor. conf. 21. & Dec. d. Auth. Cassa. transiuisse videntur: quibus tamen ipse municeps esse non possum, vt dicam infra. Et ex ijs infertur, constitutionem, quod bona immobilia sine Principis licentia non donentur, etiam donationes in Ecclesias, & clericos comprehendere.
- 9 Et quod mulieres nuptæ absq; Ducali rescripto se obligare, vel quod quicquam alienare non possint, etiam in alienationibus,
- 10 quā in clericos fierent, procedere: sicut & in contractibus, quibus à statuto certa forma quædamū ē solennitates præsicerentur: quia licet laicis utilitati publicæ in acquirendis prospicere. Bal. Dec. d. c. quā in Ecclesiarum. Natt. d. conf. 915. nu. 8. Alci. d. Auth. Cassa. ver. Libertates. nu. 35. Quod etiam fatetur Mandel. ecclesiastica libert. fautor, conf. 8. nu. 22. quando ratio statuti ē æqua, cum de modico clericorum præiudicio trahatur, & cum ita intentio ad alium haem tendit, quam vt clericis damnum afferatur.
- Quapropter laicus cum clericō contrahens, nisi solennitas à lege tradita seruetur, non obligatur; nec sibi vicissim clericum obligat, Feli. d. c. quod clericis. Q. 8. Alci. d. Auth. ver. Sanctiones. nu. 20. quia in subditum, non in clericum lex facta est.
- 11 Sed quid si solennitatum obseruantia fit clericis difficilis, ipsiq; alienare velint? Et videretur, eos non comprehendi, veluti si speciatim eius alienatio prohibetur, d. c. fi. de immunit. Eccles. li. 6. Sed & illud constat, quod Principis consensus in alienatione requisitus, prò difficultate non habetur: cum etiam Ecclesia in suarum rerum alienatione idem obseruat, vt ex Alci. d. ver. Libertates. nu. 43. Tamen etiam quia, vt res ipsa loquitur, nulla

De Libertate ecclesiastica.

- nulla subest in consensu obtinendo difficultas, cum potentibus passim concedatur.
- 12 Sicut & constitutio, quæ in non subditos bona alienari prohibet; nam etiam clericos forenses comprehendit; prout ex prædictis pluries respondi: & in statuto Mediolanensi probauit Bal. d. c. Ecclesiaz S. M. & in c. at si clerici. de iudic.
- Nec mirum, quia ex ea inhabilitate non ligatur clericus, sed laicus subditus, Abb. c. quod clericis. vers. Quandoq; statutum. de fo. compet, eiusmodi enim statuta fauore publico condita sunt, atq; vt in subditos bona immobilia conseruentur, vt multa congerentes probant Cor. conf. 78. nu. 11. li. 1. & Natt. sæpe d. conf. 515. nu. 10.
- Idemq; dicendum videtur, si statuto alienatio in non subditos prohibeatur, nisi certum quid pro scuto soluatur, teste Bal. d. c. Ecclesiaz S. M. & d. c. clerici. in statuto Mediolanensi, Signor. d. conf. 20. vt etiam clericos includat, Ias. 1. filiusfam. §. diui. de leg. 1. Q. 3. Natt. supra. nu. 10. Et licet Alber. de Ros. 2. par. stat. Q. 2. & Feli. d. c. Ecclesiaz S. M. 9. articulum controuersum reddant; tamen ex prædictis affirmatiua sententia certior videtur, pro qua refert Alber. Mediolanense collegium iudicasse.
- 13 Suadet, quia seculares Principes possunt subditis alienandi libertatem quoad suarum rerum alienationem coercere; etiam si inde sequatur lucri Ecclesiarum priuatio: vt expressis verbis habetur in Sum. Tabie. Supra, casu 20. col. 3. & hoc fauore Recip. quam Bal. d. c. clerici. quoad hoc Ecclesiaz parem facit: quod & probat Io. Lecirier. de primog. q. 24. nu. 24.
- 14 Vnde ex prædictis concludendum videtur, quod aut alienationis prohibitiō nominatim clericos, vel Ecclesiam continet: & minime valere, & tunc Eccles. liber. ledi. Aut simpliciter alienatio in extraneos prohibetur; & valet, nec includuntur clerici: quia pro extraneis non habentur, cum Virbem incolant, onera spiritualia lubeant, Deum pro populo deprecentur, sintq. ciues Recip. & eius membra, vt scribunt Dec. conf. 314. Alci. d. Auth. Cassa. ver. contrafiat, & si super hoc dubitaretur, laici à prælati cogi possent ad declarandum, quod constitutio clericos non comprehendat, Io. An. d. c. fi. de immun. Eccles. li. 6. Tabie. d. casu 20. & 21. nu. 2.
- Aut prohibetur alienatio non simpliciter, & generaliter, sed certa forma non seruata, vel absq. Principis consensu ob publicam vtilit. & ex ijs, quæ supra congeta sunt, dicendum est, aduersus public.

- public. vtilit. non fieri, & prohibitionem meritò seruandam.
- Nec obstare videtur lex in d. c. fi. de immun. Eccles. li. 6. quia ibi prohibitio erat generalis, nullaq. apparebat prohibitionis causa; itaut in clericorū odium facta videretur: & id propter anathematis pœna imposita est, vt post Frider. à Sen. d. conf. 85. respondit Natt. supra.
- 15 Sed an referat, quod statuti verba in rem, vel in personam concepta sint; & videtur affirmatiue respondendum; cum lex de re sibi subdita loquitur, Abb. d. repet. quod clericis, vers. ex hoc infero. Alci. d. Auth. Cassa. ver. sanctiones. nu. 31. Gram. decis. 100. nu. 16. Ceph. conf. 54. li. 1.
- Sed Natt. d. conf. 515. nu. 13. & 148. post Alex. conf. 19. li. 6. de communi testantem nihil differre contendit: quia cum dicitur Nullus vendat, sibi subditum comprehendit; quem meritò ligare potuit. Crebrior tamen videtur in ijs, & simil. prior sententia: pro qua fusius Tiraq. de iu. primog. Q. 46. nu. 6. in quo amplius deliberaendum: quia etiam Nat. conf. 581. nu. 23. distinctionem Bart. dubiam fatetur.
- 16 Sed quid, si de publica vtilitate nō agatur, sed potius priuatorum, vt puta si statutum sine consanguineorum licentia, vel presentia alienationem prohibeat: an si in Ecclesiam, vel piam causam fiat, obseruandum sit; vel aduersus libert. eccles. factum censeatur, & non valere scripsit Bal. cui Castren. Fulgo. & Alci. assenserunt in l. generali. prior. nu. 3. ultimus vers. siue non scripta, C. de sa. san. Eccles. & li. 1. de ver. sig. facie 13. post Bal. conf. 93. li. 2. & plerosq. alios, quos pleno cornu congerit Tiraquel. de leg. connub. glos. 6. Q. 18. nu. 159. vsq; ad 172. & hinc atq; hinc adducit, & casum admodum dubium dicit; potiusq. in diuersam sententiam aduersus piam causam pendere videtur, nulla tamen mentione facta de distinctione, quam ego amplector, nempè an statutum ob pub. vtilit. vel priuatam factum sit: vt priore casu seruanda sit, posteriore verò minime, quod & superius probui vers. Et ex ijs infertur. nu. 8.
- 17 Quid autem si lex mandet, frumenta extra territorium non exportari; an clerici comprehendantur; quin saltem recollecta in bonis Ecclesiaz, vel patrimonij extrahere possint; vulg. est quæstio: & pleriq; credunt, eiusmodi legem tanquam contra liber. eccles. non valere: & in specie nostra allegant Rip. trac. de vbert. conf. nu. 132. qui adducit Bal. conf. 196. in 2. sed Bal. loquitur in clerico portante vinum in ciuitate recollectum extra territorium,

- torium, quod potius contra vberatem, & pub. vtilit. factum videtur; cuius contrarium est in casu nostro. Insuper Bal. allegat. tex. in l. sacrosancta thesalonicensis. Eccles. C. de sa. san. Eccles. quæ ad rombum non fuit. Imò Bal. rectè perpensus in fi. consilij sentire videtur, quod laicus portans frumentum mercede habita à clero puniri debeat, ac illud perdere, dummodo non fiat præjudicium clero; & idprop. concludit ibi, sententiam condemnatoriam iuste fuisse latam: sed etiam cum Rip. transire videtur Gram. decis. 100. nu. 15. nil tamen aliud allegans, quam Bal. & Rip. supra.
- Itaq. diuersa sententia verior, & æquior videtur: nempe quia prohibiciones eiusmodi, nè frumenta absq. principis licentia foras adducatur ob pub. vtilit. fiunt; ijsq; instantibus, qui sitocomiz curam gerunt, vt vberior sit Annona; pauperumq. egestati facilis consulatur. Quod & certissimum videtur cum de proprio clericorum vsu, ac vietū non agitur, sed vt carius alibi vendant, & sic negocientur. Inio nec per eorum vsu, si sic esset consuetudo, quam valere adserit Nauar. in Enchir. c. 17. nu. 201. Si quidem ob pub. vtilit. immunitates eiusmodi negligi soleant, l. iubemus nullam. C. sa. san. Eccles. l. si ex toto. de leg. 1. Aegid. Thom. trac. de collec. fol. 120. nu. 1.
- Et in specie, quod clericorum & Ecclesiarum, frumenta in moderatione pretij tempore penuria à Principe, vel Annona præfatis facta, comprehendantur ratione publicæ vtilitatis, probare videtur Bar. in l. fi. C. de exac. trib. li. 10. vbi clarus Io. à Plat. & idem Plat. in l. fi. C. de quib. muner. nem. lic. se excusare. & probat Menoch. omnino videndus cons. 132. li. 2. vt clerici, & alij priuilegiati teneantur etiam inuiti frumentum vendere prelio ab Annona destinato, nec à ciuitate, vel locis, vbi satum fuit, & ad loca, vbi carius venditur; portetur; extrahere posse. Laudo ego, vt Episcopi ad hoc curandum moneantur: & ita me suadente, fernatum scio. Sotus in 4. senten. distin&. 25. Q. 2. art. 2. col. 4. vers. quarta conclusione. subdens, personas ecclesiasticas neq. iure diuino, neq. humano à ciuilibus legibus omnino exemptas esse: quia, clericatu non obstante, sunt Reip. ciues, & eius membra: ideoq. clericos teneri parere, quatenus leges Principum ad Reip. pacem, & tranquillitatem pertinent, vt in proposito respondit Paris. cons. 11. nu. 13. li. 3. & probant Bero. c. 1. nu. 225. de constit. etiam in foro poli. Rodor. Soarez. repet. l. post rem iudicatam. 9. ampliatione, ff. de re iud. Vincen.

- cent. Franc. decis. 9. Quinimo dicit Sot. supra, quod clerici frumenta carius vendentes mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur: quod prius docuit Luc. à Penna d. l. fi. nec diffitetur. Abb. c. 1. de emp. & vend. dicens, clericos ad charitatis opera magis teneri, quam laicos: & idpropter contrarium facientes peccare.
- Quod & probavit Did. li. 3. var. resol. c. 14. vers. Vigefimus quintus casus. scire nanq. deberent, quod bona clericorum fung pauperum, vt dicebat Diuus Hier. & eorum domos pauperibus, & peregrinis esse communes, c. fi. 17. q. 1. Bero. c. ex litteris. nu. 5. de proba. & ideo debent de superfluis redditibus pauperibus subuenire, vt ait idea Bero. rub. de iu. patron. nu. 66. & c. 1. nu. 37. & c. qui res Eccles. nu. 11. de reb. Eccle. non alien. nu. 10.
- Concluditur ergo quod clericus eo statuto tenetur, quod pro vtilitate publica factum sit, & ad omnia munera subeunda, quæ propter publicas necessitates imposta sunt, vt post congesta supra pleno cornu docent Bero. c. 1. nu. 225. de constit. Io. Quintinus in Aristocratica, tit. de cau. & iudic. rerum tempor. quod & prebat Vascus repet. l. quando in prioribus. §. 10. nu. 648. & 651. C. de inoffi. testam. Carau. ritu. 166. nu. 37. Pet. à Plaz. Epit. delic. c. 9. nu. 25. sed ad eius obseruantiam ab Episcopo compellendus est, Alci. d. Auth. Cassa. vers. Sanctionis. nu. 50. Decian. pleno cornu, vt clerici, & ad impensas studij Patavini teneantur, cons. 14. in 1. vbi sub. nu. 22. ex auctoritate Anca. d. c. non minus. & in c. 1. de immu. Eccles. li. 6. & And. Barb. cons. 1. col. mihi 13. & 14. dicit, quod quando clerici contribuere debent, etiam à laicis sine Papz, vel Episcopi consensu cogi possunt. Quod ultimum ego admittere non possum ex ijs, quæ scribunt Io. An. d. c. aduersus Salii. Alci. d. Auth. Cassa. nisi tamen tam magna subesset necessitas, vt periculum esset in mora, si saltem Episcopus requireretur, vel si eius copia haberri non posset: nec tandem hoc diffiteri videtur ipsemet Barb. d. cons. 1. col. 14. & Deci. supra in fi. cons.
- Sicut si cautum sit, ne altius ædes tollantur, Sali. d. Auth. Cassa. Ambros. de Opizon. d. l. filius. §. diui. nu. 88. de leg. 1. Ant. de Padil. in l. altius. nu. 10. C. de fernit. & aqua.
- Quod vię, & compita purgantur. pontes reficiantur, & si quæ similes & hac ratione Ecclesia portuum soluere debet, quod pro plaustra ducentibus impositum est, Itemq. symbolum dabit, vt puteus

- 29 puteus, furnusq. toti viciniæ communis instruatur. Itemq. pro mēnibus necessariò extruēndis, & reficiendis, Archi. c. generiter. 17. Q. 1. Thom. supra. nu. 15. Quod vltimum, si subſit maxima necessitas, cui laicorum facultates non ſuppetant, verum eſt: aliā ſecus, Abb. c. non minus de immun. Eccles. & conſulto Rom. Pontifice, c. aduersus. eo. tit. Alci. l. ad inſtruōneſ. in princ. C. de Sa. ſan. Eccles. Idem probaffe videtur Luc. à Penna l. cum ad felicissimam. col. i. C. de quib. muner. nem. lic. fe excus. l. 10. dicens c. non minus. & c. item nulla. procedere in ſtatutis à communitatib. & non à Regibus, & Princibus editis, ſubdens col. 2. quòd eſſet contra aequitatem, & iuſtitiam, ſi Eccleſia emolumenta bonorum conſequerentur, & onera, quæ perſerebant, quibusuè erant obnoxia, antequām ad Eccleſiam deuenirent; laici ſuſtinere cogerentur: ſuadet tex. in c. peruenit.
- 30 de immun. Eccles. vbi clericis ad murorum custodias neceſſitatis tempore tenentur: quòd ſi personalia onera ſubire debent; multo magis, ſi neceſſitatis urgat, realia. Quo argumento uirtutur etiam Barb. d. conf. 1. nu. 6. in 3. Vnde generalis regula dari ſolet, quòd vbi traſtatur de generali utilitate ecclesiasticorum, & laicorum ſimil & mixtim, clericis cum laicis contribuere teñentur ex doct. Anca. quam probat Abb. in c. non minus. nu. 18. de immun. Eccles. & ijs, quæ pleno cornu congerit Decianus d. conf. 14. nu. 19. Nicol. Baldus poſt decif. Pedemion. 68. & ita feruari curauit Placentiæ anno 1577. & 1578. vbi maximū uigebat pefſis periculum; quæ Mediolanenses, Papienſes, & Genuenſes acriter vexabat, Reuerendissimo tamen Epifcopo requiſito iubente.
- Constitutio igitur à Principibus facta, ne frumenta ex eorum Ditione extraſtantur ob pub. utilit. & annonæ uertatem, laudabilis, & iusta eſt: etiam à clericis, ultra ipsorum vietum, obſeruanda. meritòq; ab eorum ordinarijs ad id ſunt compellendi.
- 31 Prout & quòd frumenta cariore pretio non vendantur, & eorum deſcriptiones apud eos faciant.
- 32 Quod & puriore conſcientia fieri poſteſt, vbi ex immemorabili conſuetudine nedum laicerum, ſed & clericorum paſſim introductum eſt à clericis, ſicut à laicis, quòd à frumentorum extraſtione ſe abſtineant, niſi ſubſit Principis aſſenſus: que cum ſit laudabilis, ut aiunt, & pub. concernat utilitatem, in quoq; foro feruanda eſt, c. cum veniſſent. de eo, qui mittitur in poſt, ut declarat Henr. Boic. d. c. quæ in Eccleſiarum. in fi. de conſtit. & fuſius Bel-

- Bellem. in c. quod clericis. nu. 26. vers. ſecundo fall. de fo. comp. & in proposito Alci. ſupra ver. ſanctiones. nu. 38. Idemq. probare videatur Nauar. in Enchir. c. 13. in 6. præcep. nu. 20. ſubdens, quòd clericis nequidem pro eorum uſu, ſtante conſuetudine, extraherere poſſent: quam valere adſtipulatur, ut ſupra.
- 33 Nec mirum videatur: quia clericorum priuilegia personis, & non eorum rebus adhærent, Bar. l. licitatio. de public. Archi. c. quāquā decens. in 6. Luc. à Penna l. 2. C. de iu. reip. li. 11. Vnde merito dicebat Abb. conf. 63. li. 1. quòd nunquam fit contra liber. eccles. niſi cum expreſſe lex clericorum personas afficit: quod & probat Thomas d. trac. de collec. fol. 120. Hinc dixit Bar. in l. cunctos pop. vers. Hoc premisso. feruandum eſſe laicorum ſtatutū, etiam Epifcopi foro, contra clericos, quòd instrumentum paratam habeat executionem, c. cum veniſſent. de eo qui mittit. in poſt. cum ſtatutum ſit honestū, & ob public. bonum factum: & licet Bal. ibi, & pleriq; alij in diuersam ſententiam tendant: ego quòd executionem realem à Bart. non recederem, præſertim cum huiusmodi ſtatutum à Principe factum proponeretur, & non à ſolis ciuibus. Pro qua ſententia ultra iam dicta ſentiunt And. Sic. repet. rub. De bon. Eccles. non alien. 2. dubio, & Io. An. c. fi. col. pen. de ſolut. ſubdens multum differere, quòd lex à Principe, vel populo facta fit: & quòd ſi faueat omnibus, etiam ab ecclesiasticis fit feruanda, ut probat etiam Iaf. in l. quoties. nu. 24. C. de rei vendi. & Did. prædic. qq. c. 8. in fi. motus ex c. 1. & 2. 10. diſtinct. vbi probatur imperatorias leges, etiam in foro can. militare, ſi canoniciſ ſanctionibus non aduersentur: ſequuntur Bartholi, & Couar. ſententiam fuſius Carau. ſuper Ritibus Curia, Ritu 166. nu. 39. & Suarez in l. poſt rem iudicatam. 8. ampliat. ff. de re iud. Menoch. de arbi. li. 2. caſu 180. nu. 25.
- 34 Sic & ob pub. utilit. feruanda eſt constitutio, quòd poſt ſecundam noctis horam nemo vadat per ciuitatem abſq; lumine, licet clericis non à laico, ſed ab eius Iudice coercendi ſint, ut probat Sum. Tabi. ſupra, caſu. 21. in fi. allegans Io. An. in nouella, & alios antiquiores.
- 35 Sic clericus cum armis ueritis inuentus, à ſeculari Iudice capi, armisq. exui poſteſt abſq; cenzurarum nexu: ita tamen, ut ſtatiſ Iudici ſuo puniendus afferatur, Cor. conf. 20. li. 3. Couar. li. 1. practic. qq. c. 8. & 32. in fi. Pet. à Plaz. epit. delic. li. 1. c. 8. nu. 26. cum ſeqq. Val. repet. l. quoniam in prioribus. ſ. 10. nu. 648.

- & 631. Clar. s. fi. Q. 36. de communi fidem faciens, Marc. decis. Delph. 364. li. 1. Ant. Scap. li. 1. de pers. & reb. Eccles. clericorum enim arma sunt, velut rectius loquar, esse deberent lacrymæ, & orationes, c. couenior 23. Q. 3. statuta nanq; arma prohibentia ius commune, & vtilit. pub. respiciunt, vt supra, Menoch. supra, & casu 394. nu. 31. Io. Lupus, c. per vestras. s. 1. nu. 13. de dona. inter vir. & vx. quod etiam in Hispania seruatur, teste Plaz. supra.
- 38 Sicut si in flagranti criminis reperiatur, Bar. 1. si quis in seruitute. C. de fur. Bal. 1. si qua per calumniam. ver. sed quero, C. de epis. & cler. Io. ab Anan. c. super eo. de crim. fal. Inn. Feli. c. si vero. de senten. excomm.
- Et idem si in actu fugæ sit, vt à creditore capi possit, & ad ecclesiasticum forum duci, ex quo nulla eo casu adhiberi potest
- 39 causa cognitio: & multò magis si absq. habitu, & tonsura repertus sit, Bal. Alci. d. c. cum non ab homine. de iud. nu. 60. 71. 81. & 82. Eman. Suarez opin. comm. ver. clericus. nu. 112. & nouissimè Camil. Borel. in addit. visu dignis ad Pet. Belluceara in Spec. Princ. tit. de occup. temporalium. Et de clero in rixa, vel adulterio deprehensio, Folle. in praxi cano. ver. vel visu ram. nu. 14.
- 40 Sicut si in criminis, quod assassinium vocant, deprehendatur: quia propter criminis atrocitatem ipso iure degradatus censetur, Lap. c. pro humani. de homic. li. 6. Requiritur tamen, quod præcedat à suo Iudice declaratoria, quod de tali criminis notatus sit, licet adhuc non condemnatus. Arch. Io. An. nu. 9. Arca. d. c. pro humani. Aufrer. de potest. seculari, fall. 2. nu. 26. & Card. Alba. conf. 13. dicens, clericum prodifidato non haberi, nisi declaratoria præcedat: allegat Franc. & Gemin. ibi, quicquid nimis effuso sermone dixerint Mars. conf. 9. nu. 17. & Moder. Parisien. ad Alex. conf. 8. Maran. in spec. 11. distinct. princ. par. 4. nu. 76. Gramm. conf. 1. post decis. nu. 60.
- 41 Sed quid si laicus post patratum facinus clericus efficiatur? Respondendum videtur, Iudicis secularis poenam non euadere, sed ad eum ab ecclesiastico remittendum: nam ex mutatione status iudicantis ius non sit deterius, Bar. 1. omnes. C. de decurion. & eorum fil. li. 10.
- Contrariū sentire videtur Io. An. in c. 1. de oblig. ad ratiocin. di- cēs, quod respectu bonorū Iudex laicus cognoscit; personę vero clericus: quod & probare videtur Vinc. Franc. decis. Neap. 209.

Sed

Sed, supposta veritate prioris sententiaz, videtur, quod Iudex ecclesiasticus prius cognoscat, an dolo clericus effectus sit; & eo casu ad laicum ipsum remittere debeat, teste Bandi. de varijs qq. nu. 9.

An autem præsumatur, quod clericatum fraude induerit: pro affirmatiua Dec. cons. 230. Viuius, Suarez nu. 122. ver. Clericus. nisi de voto ante delictum constaret, Pet. Duen. reg. 100. quod certius est, quando ante clericatum laicus citatus fuerat, Guid. Pa. de presump. nu. 94. Quod si ante commissum crimen clericalem ordinem, vel ingressum nouisset, aliud deliberandum, Bal. 1. 1. in fi. An seruus ex suo facto. Ias. 1. cum quædam puella. de iurisd. om. iud. Duen. d. reg. 100. Beret. conf. 68. nu. 4.

42 Alij quæmplures sunt casus, in quibus clerici laicorum statutis alligantur, vt si coram seculari Iudice causam agant: in ijs enim, quæ iudicij ordinem procedendiè modum respiciunt, municipales leges seruari decet, c. quod clericis. de fo. compet. quoniam non de clericis persona, sed de causa tractatur: quæ laicali foro subiicitur.

Quapropter ab interloquente Iudice clericus non prouocabit, quicquid canonum iure statutum sit, vt in specie Cor. conf. 104. in 2. Instrumenti executionem, quæ ciuili, vel pontificio iure non indulgetur, absq; vlla libelli oblatione implorabit: quia hec omnia iudicarium ordinem respiciunt, vt docent Canon. d. c. quod clericis. Alci. d. Auth. Cassa. ver. sanctiones. nu. 50. Et eadem ratione idem ipse in Ducali Auditorio respondendum duxi, dum reus laicus statutariam instantiam peremptam aduersus clericum a gentem proponebat, But. Imol. d. c. quod clericis. Dec. d. c. Ecclesiæ S. M. nu. 49.

Idemq. dicendum, vbi clericus agens statuto sibi fauorabili inuitaretur, si eodem statuto sibi de eiusdem legis præscriptione obijceretur, Bar. 1. etiæ nouatione. C. Sa. san. Ecclesiæ Alex. conf. 209. nu. 11. in 2. loci. 36. 97. in 1. Cor. supra, Tiraquel. con- suet. Pictor. ti. de retrac. §. 1. glos. 15. nu. 7.

43 Sic & clerici, cōtingendo iuxta laicorum consuetudines, & statutum, contraxisse videntur: vt putâ si certa forma in pensionibus præscribatur, vt in contractibus de retrouendendo in Ditione Vrbinenſi iam qualiter annis elapsis decretum est: & ad ea seruanda ab Episcopo suo compellentur, vt docuere Sali. & Alci. d. Auth. Cassa. ver. Sanctiones.

44 Non tamen quodad contigabuntur, quæ ad decisionem, finemq. litis
acce-

- accedunt. Et id propter, licet statutum probationes rejiciat, aliqua & peremptoria exceptio obijciatur, quæ à statuto procedat; poterit clericus, etiam repugnante statuto, testes, & instrumenta producere, & à diffinitiu contra eiusdem legis formam prouocare, DD. d. c. Eccles. Sanctæ M. Sali. Alci. supra, & trac. de præsumpt. reg. 3. pref. 44. nu. 17. & Tiraquell. de iure primogen. Q. 43. nu. 16. post fusius congesta ab Aegid. Bellem. d. c. quod clericis. nu. 8. vsq; ad nu. 22.
- 45 Sicut si quis post inchoatam præscriptionem clericus efficiatur: nam laicorum statutis non obligabitur, Feli. d. c. Ecclesiar. S. M. Q. 15. nu. 101. dicens, quod si statutum vetat debiti solutionem testibus probari, laicus postea clericus effectus, licet tempore, quo contraxit esset laicus, non prohibetur, ex quo est in decisijs, & quiaactus probationis perficitur, postquam clericus factus est, Dec. ibi. nu. 206. Io. Lecirier. trac. de primogenit. Q. 11. li. 2. nu. 8.
- Idemq. probat Fel. ibi in clero, qui successit creditori, contra quem erat decursa pars præscriptionis, stâte statuto, quod spatio decem annorum credito præscribatur Dec. supra. Rot. decis. 5. alias 152. in antiq.
- Verū est, quod, quando statuta alicui iniiciunt vinculum ante clericatum, eandem etiam post clericatum alligant, Io. An. c. sine culpa. nu. 17. de reg. iu. in 6. Cominen. conf. 140. Nec mirum quod obligatio ex persona heredum immutetur contra l. 2. 6. ex ijs. de ver. obli. quia heres ius ex propria persona prætendit, & non tanquam heres, quo casu conditio obligationis mutari potest, Ias. d. c. ex ijs. Diaz reg. 503. & ita respondit Ant. Ciofus Florentinus conf. 20. li. 1.
- 46 Tenentur insuper clerici ad eas collectas, quæ pro Principis, seu Baronis munere (quod prouisionem nostrâ appellant) imponuntur, Luc. à Pen. l. fi. vers. huius gratia. C. de exact. trib. li. 10. Mari. Caram. supra, nu. 34. Sicut & ob repentinum Principis aduentum, si quid muneris subeundum est, l. nemini. C. de Sa. san. Eccles. Decian. d. conf. 14. nu. 20. in 1.
- 47 Sic & magna necessitate urgente hospites recipere, c. 2. & 3. de immun. Eccles. & ad ea omnia ab Episcopo compellendi sunt, Alci. d. l. placet. ver. Nisi. qua cessante clamat Abb. aduersus Epidemeticos, quos Forerios vocat, in c. 1. & c. cum Ecclesia. eo tit. qui etiam armigeros in clericorum domos ducunt.
- 48 Sicut & si eademi necessitas yrgeret, milites conducere ad euadendas

- dendas exulum rapinas, & hostiles incursus, prout superioribus annis, absq; vlo tamen clericorum pecuniario auxilio, in hac Vrbinali Ditione factū constat, vt ex Bar. in l. nullus. C. De Decur. pup. l. 12. vbi Io. à Plat. Castren. d. l. Ad instruct. quæ correcta non reperitur, Cy. Bar. Bal. Alber. ibi, Iunn. Abb. Card. d. c. nō minus. Bal. tit. de pa. constan. ver. Munitiones. Gui. Pa. Q. 78. Barb. conf. 1. col. 5. in 3. Brun. conf. 139. li. 2. Natt. 280. li. 2. Decian. supra Rimin. Iu. conf. 15. li. 1. vbi dicit, quod d. lex Ad instructionem fuit immutata tantum quodad exigendi modum: id quod probat Burs. conf. 16. nu. 76. & pleno cornu conf. 25. & ante ipsum Folle. super constit. regnati. de Sa. san. Eccles. nu. 6. post Barbat. in l. nullus. C. De Decur. & Io. Lecirier. trac. de primogen. Q. 24. nu. 23.
- 50 Sed an clerici ad vectigal, seu datium vino impositum, quod minutatim venditur, teneantur: & si id onus pro ijs impositum est, ad quæ clerici debent concurrere, putâ pro pontium, & murorum instruzione, ipsos, quoq. id subire compertum est, vt in specie scribit Rip. resp. 22. li. 2. vel sub alia impressione resp. 2. tit. de ecclesiast. adif. aliâs fecus: ita Ant. à But. Bal. Ias. d. l. placet. Bertran. conf. 53. Sum. Tabie. ver. Immunitas. nu. 12. Gram. decis. 100. nu. 26. & ita in simili datio cum Excell. Iurecon. collega meo, Domino Francisco Bellutio respondi à ciuibus, & populo Pisauensi imposito, pro restauratione antiqui aquæductus, tanquam expensa necessaria fuerit, & pro salubritate aquæ etiam clericis utilis, præter id, quod hoc Serenissimus Princeps meus non iubebat, sed populo supplicantis assensum præbere requirebatur.
- 51 Sed quid in onere imposito carni, quæ in macello venditur, sali, vel simil. & si vectigal impositum proponatur pro ijs, ad quæ clerici non tenentur, videretur in personarum ecclesiasticarum præiudicium id fieri non potuisse: & de hoc maxima fuit altercatio in quadam ciuitate, Episcopo aduersus ciues adseuerante, ecclesiast. libertatem ledii: sed diuersa sententia certior visa est: & ecclesiast. libertati nullâ vim fieri, ex quo lex generalis erat, cui laici omnes parebant, factaq. ex causa, saltem probabili, & pro onere, nedū vino, & carnis, sed bonis stabilibus mercatoribus, & animalibus indictio: & quia nullo iure caustum reperitur, quod clerici viliore pretio, quam laici sal, aut carnes emant: qui sibi ipsis prouidere possunt: quod & Castren. probasse videtur conf. 423. ex punto li. 2. Fannut. de collect. 4. par. nu. 48. Sum. Siluestr.

uest. ver. Immunitas s. i. in fi. vbi post lögā dist. dicitur. q̄ de hoc clerici conqueri non possunt. Cui sententia tandem etiam Episcopus Reuerendissimus acquieuit, prout, & prius etiam Illustriſſimus, & Reuerendissimus Episcopus Placentiæ, Card. Neapolitanus. Et hæc quoad secundam partem satis sint:

SVMMÆ RERVM TERTIAE PARTIS.

- M**ONACHA filia an ligatur statuto, quod statutis masculis. num. 1. Laici aduersus clericorum personam nullum statuendi ius habent. num. 2. Monasterium si filia statuti tempore non sit ingressa, quid. num. 3. Statuto, quod fratri ab intestato decedenti succedant laici, an clericus excludatur. num. 4. Laici an statuere possint, vt eorum leges clericis non profint. num. 5. Statutum, quod statutis masculis ob agnationem conseruandam factum. num. 6. Statutum, quod statutis masculis an proposito sibi masculo clero. num. 7. Clerici an frui possint statutis sibi favorabilibus. num. 8. Clerici utuntur statuto dante facultatem vicino retrahendi rem venditam: & quid in statuto de compromissis. num. 9. Clerici comprehenduntur statuto, quo agnati cognatis preferuntur. num. 10. Clericus an laicos ad compromissum cedere possit, stante statuto. num. 11. Clericorum coloni an in fructibus à laicis graueri possint. num. 12. Clericorum coloni, & animalia an à laicis vexari possint. num. 13. Quid si versetur publica utilitas.
- num. 14. Animalia clericorum, si damnum dare reperiantur, an capere liceat. num. 15. Clerici seruare tenentur editum propter aeris salubritatem. num. 16. Editum, quod linea propè ciuitatem non madefiant, etiam à clericis seruandum. num. 17. Ementes à clericis frumentum, an ad vestigal tencantur. num. 18. Clerici negotiationis gratia frumentum extrahentes, an vestigalia subjiciantur. num. 19. Ementes à laicis à gabellis immunibus, an tencantur. num. 20. Ementes à clericis, an vestigalia soluant. num. 21. Emphyteuta Ecclesia an collectis sine obnoxio. num. 22. Familia clericorum an laicorum foro subiectatur. num. 23. Familia Episcopi quando à laicorum foro exempta sit. num. 24. Familia appellatione qui veniant. num. 25. Episcopi scriba laicus quando laicorum foro subiectatur. num. 26. Concubina clerici an de eius familia dicatur, siveq. de foro Ecclesia. num. 27.

Fide-

Fideiſſer clerici an corum Index laico. Index laicus quando seculare brachium conueniri possit. num. 28. dare teneatur. num. 31. Fratres, & forores tertij ordinis an sint. Index, conscientia repugnante, an seneforo Ecclesia. cuiusmodi. num. 29. sententiam exequi debeat. num. 32. Tertiarij an dicantur religiosi. n. 30.

T E R T I A P A R T I S.

- V**AERENDVM est modo, an filia monacha cum fratribus succedat, si municipali lege, existentibus masculis, filii fœminæ à successione repellantur: & affirmativa receptione videtur sententia, si capax sit, & tempore delata successionis monasterium fuerat ingressa: quia contra personam ecclesiasticam statuentes nullum statuendi ius habebant: secus si ante ingressum hereditas iam delata fuisset, vt communi voto probauere Salic. d. Auth. Casla. Alex. conf. 210. & 211. in 2. Felin. ſapē dicto c. Ecclesiz. S. M. q. 16. Dec. nu. 67. Rui. 204. li. 1. Rol. 57. in 2. Tiraquell. multa congerens trac. De iure primog. Q. 43. nu. 2. Quod probat etiā Alci. d. Auth. Casla. ver. Eorumq. personas, dummodo, antequam se cœnobio didicauerit; aliqui extarent masculi: quod si legis verba in eum casum concipientur, quo adhuc religionem non sit ingressa, puta ingredens monasterium sit succedendi iure priuatus, non valere crediderim, quicquid dixerit Bar. in l. f. C. de pact. cuius sententia communi calculo rejicitur, & tunc Ecclesia libertatem hædi.
- S**ed quid, si lex dicat, quod fratri ab intestato decedenti succedant fratres laici? Respondeo, respectu fratri clerici minime valere, quin ipse ad portionem, quæ sibi communi iure competit, admittatur: licet secus in ijs portionibus, quæ ad fœminas pertinuissent, si exclusæ non essent: quia illæ municipalis legis beneficio ad laicos tantum spectabunt: potuit enim lex id privilium laicis tantum concedere, & non clericis, à quibus nihil auferret. Et ita ijs, & similibus argumentis respondit Corn. cons. 61. nu. 4. in 1. subdens, à laicis statui posse, vt eorum statuta clericis non profint, allegando Bal. in l. de quibus. col. 8. ff. de leg. Thom. Doccius d. cons. 6. nu. 4.
- N**ec mirum, quia eiusmodi statuta ob agnationem conseruandam sunt: quæ quidem à laicis, & non clericis in longum &uum protrahitur: quæ ratio agnationis conseruanda, etiam si exprefſa non

D

sa non sit, pro expressa habetur, Curt. Iun. conf. 9. Rui. 25. in 3.
Ceph. 347. nu. 39. in 3. Brun. trac. Quod stantibus masculis. Ar-
tic. 3. nu. 12. de communi fidem faciens.

- 7 Et eadem ratione dubitatum est, an statuto foeminas excluden-
te, existentibus masculis, prout in Vrbinensi Ditione, & plerisq;
ciuitatibus Italiz, si unus, vel plures masculi clerici in sacris
vel Presbyteri supersint, an à successione foeminas excludant;
Matthesil. sing. 111, post Ancha. negatiuā amplectitur in statuto
Bononiensi, sub pretextu, quod clerici laicorum statutis frui nō
possint, etiam sibi fauorabilibus. Idemq; probare videtur Bart-
bat. c. Dilecti. de constit. & alij quām plures, iudicio meo, sat
leibus fundamentis. Vrgentior videtur ratio, de qua in priore
q. à me deductā: quod finalis statuti causa est, quia familia à ma-
sculis, & descendenteribus conseruantur: quæ in Presbyteris, qui
filios non habent, nēc habere legitimos, & naturales possunt,
propagari non decet.
sed in diuersam sententiam frequentius itum est: pro qua scripsit
Lap. alleg. 100. & 101. & post eum Quintil. Mandol. in addit.
Abb. c. Ecclesia. De constit. & d. c. Quod clericis. Alex. ad Bar.
l. 1. §. Quod si habebat. ff. de bon. pōss. contratab. & conf. 41.
li. 7. ac pleriq; quos pleno folio adducunt: & probant Io. Lecie-
rier. trac. de primog. c. 24. & Tiraquell. eo trac. Q. 44. ea po-
tissimum ratione, quia statutum est generale, clericos non grauat,
nihil eis p̄cipit: sed succedendi viam aperit.
- 9 Videmus enim, eos etiam ea frui consuetudine, quæ retrahendi
rem à consanguineo, vel vicino venditam, facultatem concedit,
c. constitutus. De in integr. restit. vbi Anch. & Abb. & alij, quos
probant, & congerit Tiraquell. de retrac. lignag. vers. Sed con-
sequenter. nu. 33. quia clerici, quāmuis laicorum lēgibus non
ligentur: earum tamen beneficio in sibi fauorabilibus vt pos-
sunt, Bar. trac. Represal. Q. 5. princ. & post antiquiores Al-
ci. epistola Inter claras, ver. Extordes. C. de Sac. sanct. Eccles.
- 10 Idemq; dicendum videtur in statuto, quo agnati cognatis p̄se-
rantur, vt clericus ad excludendum admittatur, si credimus Imo.
in d. c. Quod clericis. Alex. conf. 44. li. 5. & Dec. conf. 13.
Illud tamen diffiteri non possum, quod, si statuentes casus hos, &
similes p̄cogitassent, filias foeminas à successione propter ma-
sculos clericos, qui vt plurimum diuitijs, & Ecclesiarum reddi-
tibus abundant, à iuris orbita deuiantes: vero similiter non
exclusissent, vulg. Glos. in l. tale pactum. s. fi. ff. de pact.

ii Quid

- ii Quid autem, si statutum consanguineos ad compromittendum,
nulla clericorum mentione facta, compellat, an clericus eos ad
compromittendum prouocare possit. Et ex ijs, que supra dicta
sunt, & p̄fertim ex congregatis à Tiraquell. & notat. in c. con-
stitutus. De in integ. restit. affirmatiuē cōcludendum videretur:
sed contraria receptione est sententia: quia, licet eiusmodi statu-
tum clericis sit fauorable; laicis maximum damnum adfert pro-
pter appellationem, quæ ad iudices ecclesiasticos devolueret:
esetq; modus hic, quod à Iudicibus laicis, etiam in causis pro-
fanis, laicorum forus ad ecclesiasticum declinaretur: & tamen re-
gulate est, vt ille non debeat prodere statutum, cui nocere non
potest alias daretur claudicatio, Iac. de Arc. l. cunctos popul.
C. de sum. Trinit. Ant. à But. Imo. c. fi. de vi. & honest. cler.
& in terminis sic cocludit Io. Bapt. Perus. gener. Bart. trac. de
arbitri. li. 2. c. 19. nu. 6. etiam quod de proprio, & non Ecclesiæ
interesse tractaretur.
- Sed quid; si unus ex cognatis, vel secundo genito, de cuius ha-
reditate agitur, sit clericus; an id statutum, tanquam de cler-
corum bonis disponens, seruandum sit? Io. An. in reg. sine cul-
pa. De reg. iu. in 6. & post eum Abb. Dec. nu. 66. d. c. Ecclesia
S. M. affirmatiuē concludunt, in secundo genito, qui statuti con-
diti tempore non erat clericus; vt clericatus sibi nō prospicit, prout
in filia foemina, quæ post delationem hereditatem monacha effecta est,
de qua supra in priore q. huius 3. partis.
- Idemq; fatentur Bellém. nu. 19. vers. Secundo p̄mittere potes.
& Io. ab Imola nu. 4. d. c. Quod clericis, quando statutum in-
iecit vinculum (vt eorum verbis utar) ante clericatum: nec ab
hac sententia tandem recessit Tiraquell. d. trac. De iu. primog.
Q. 45. quando post statutum secundo genitus clericus effectus
est, & sacris initiatuſ.
- 12 Quid autem in Ecclesiæ, & clericorum colonis, eorum q. bono-
rum conductoribus an respectu fructuum in ipsorum bonis re-
collectorum, & à solo separato modo aliquo grauari possint?
Affirmatiuē p̄suadet sententia: quia clericorum priuilegium est
personale, non reale ex Glos. in c. Tua. de ijs, quæ sunt à maiori
par. cap. & in c. non minus, vbi Card. & Ancha. de inimun. Ec-
cles. Bal. Auth. Sed & periculum. C. sine cen. vel rel. & conf.
31. li. 1. Frider. Senens. 111. Ancha. c. quām. de const. in 6.
Sali. l. vniuersi. C. de vest. & commiss. respondendo contrarijs.
Brun. trac. Quod stantibus masculis. Q. 22. nu. 109. Barb. conf.

28. li. 4. Parpal. l. placet. nu. 73. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Rip. resp. 2. c. 22. Natt. cons. 409. Burs. 25. nu. 3. Sum. Tabien. ver. Excommunicatio. casu 19. nu. 8. Iacob. de Bello visu repet. c. Romana. 5. contrahentes. nu. 106. cum seqq. de fo. compet. Menoch. approbans. cons. Frider. al. Sen. cons. 136. nu. 24. & 25. Ant. Scappus li. 1. De reb. Eccles. c. 13. nu. 15.
- 13 Et eadem ratione dicendum videretur, clericorum personas, & boues ijs oneribus grauari posse, ad quæ clerici, & Ecclesiæ tenentur, putà ad pontium, & viarum instrunctionem: quod ex prediçis certissimum est: sed magis dubium videtur in alijs oneribus: & si id munus pro utilitate publica indistum sit, & adeo leue, quòd clericorum, vel Ecclesiæ bonorum culturam nihil, vel leuiter impedit, idem videtur: quia ut sèpe dictum est, clericorum priuilegium eorum personas non egreditur.
- 14 Sicut si boues, aliaq. animalia clericorum damnum dare reperiuntur: quia pro damni emendatione retineri, & accusari possunt, prout laicorum, Luc. à Pen. in l. iubemus nullam. C. de nau. non excus. li. 10. cum simil. quæ congerit Excell. Iurec. Camilla. Borellus in addit. ad Pet. Bellucéam in Spec. Princ. tit. De occup. tempor. & ita etiam Placentia cum colonis Sancti Sixti, seruatum scio. Quod & certius est, quando ad affidum, ut aiunt, locati sunt, de quo etiam inferius dicetur.
- 15 Idemq. est, fidei&um fiat, quod publicam utilitatem respiciat, putà propter aeris salubritatem, quæ etiam clericis prodest, & sine qua aquæ bona esse non possunt, teste Cardano li. 1. De tenuenda sanit. c. 17. De aere. ex ijs, quæ docet Card. d. c. perpendimus. col. 13. Frider. Sen. cons. 3. & 85. vt in edicto à Gubernatore Mediolani, De non seminando orizzam. Aduersus Archiepiscopum respondit Hieron. Gabriel. cons. 37. li. 2.
- 16 Quod etiam fauet editio, quod linea propè ciuitatem, & Oppidum illum non madefiant, nempe ut etiam Ecclesiæ, & clericorum colonos, & linea comprehendat.
- 17 Quid autem in ementibus frumentum à clericis, & à territorio extrahentibus, an vestigal pendere teneantur: & eadem ratione, nempe quod priuilegium est personale, & quod post venditionem dominium in emptores translatum est, affirmatiuè respondendum videtur ex ijs, quæ docet Bal. in l. licitatio. 5. fi. ff. de public. & vestig. Imol. Clem. fi. de cens. Brun. supra, q. 22. nu. 100.
- 18 Io. ab Amic. cons. 18. in fi. Quinimo, si clerici negotiationis gratia aliò exportari facerent, pariter vestigal soluere tenerentur

tux

- tur ex ijs, quæ dixi supra, & l. vniuersi. C. de vestig. Parpi. d. l. placet. nu. 3. & post eum Alci. ver. Canonicam. C. de Sac. sanct. Eccles. Natt. cons. 139. Rol. 61. li. 4. Boer. decis. 213. in fi. Ant. Scap. li. 1. De pers. & reb. Eccles. c. 19. nu. 15. & 16. Quod sèpius aduersus etiam laicos immunitatem ex Duca-li priuilegio prætendentes seruatum scio.
- 20 21 Contrarium tamen respondisse videtur Menoch. d. cons. 136. sed loquitur in ementibus à clericis, non in ementibus, & extra-hentibus: ibi enim clerici vendiderant pistoribus, & actus erat connexus: secus in actibus separatis, vt in extractione: allegat Burs. cons. 25. & 42. Item in specie sua fuerat prohibitum, ne quis emeret frumentum à clericis: quo casu non valuit prohibitio, vt alias dixi. Quod ille prohibitio esset simplex, & generalis, nulla clericorum mentionem faciens; non obstantibus ingeniosè scriptis à Menoch. ego etiam, atq; etiam subsisterem.
- 22 Sed quid in emphyteuta Ecclesiæ, an ad soluendas collectas à laicis cogi possit? Bar. in l. priuata. ex eo tex. C. de excus. mun. li. 10. negatiuam amplectitur: sed lex illa in prædijs imperialisibus procedit: quæ, vt ibi dicitur, cum ceteris astimari non conuenit, Ias. l. 1. nu. 31. C. de iu. emphyt. qui refert Bar. & And. Iser. sibiipsis contrarios: nec quorsum tendat, discerni potest. Contrarium Bal. d. l. 1. nu. 4. sed loquitur simpliciter in emphyteuta, & non præcise etiam in emphyteuta Ecclesiæ. Sic etiam Alex. cons. 4. in fi. li. 5. Et præsens, 35. li. 4. & clarius ad Bar. l. 1. C. de anno. & trib. li. 10. Iser. d. c. 1. vers. prælati. tit. quæ sint reg. ver. Plaustrorum. col. 2. Luc. à Pen. l. 1. col. 2. vers. Vnde si res. C. de impon. luc. descrip. li. 10. Marin. Caraman. in constit. reg. Regis Caroli, vers. Item statuimus. Ita tamen quod ea summa deducatur, quæ singulis annis pro rebus emphyteuticis soluitur. Et cum hac distinet. vt quando pro pensione quid modicum soluitur, etiam Emphyteuta Ecclesiæ grauari possint. Pleno cornu transit Brun. d. trac. Quod stantibus mas. Q. 22. nu. 110. Soci. cons. 119. li. 1. Sylvianus cons. 9. arguit hinc inde, ibiq. multa congerit: sed in specie sua canon erat commensurabilis fructibus, extabatq. consuetudo contraria. Sed cons. 57. distinctionem, de qua supra, libenter amplexus est: pro qua respondere Ancha. cons. 433. Barbat. 84. li. 3. Dec. 48. Purp. 332. Rol. 66. nu. 34. li. 2. Natta cons.

114.

114. Menoch. de arbit. casu 180. nū. 8. dicentes, ex hoc ecclasiasticam libertatem minimè lēdi : & pro qua aduersus Abbatiam Sancti Laurentij in Campo in fauorem Castelli Leonis pluries scripsi.
- 23 An autem clericorum familia, si laica sit, clericalis fori beneficio fruatur, Glos. in c. clericum 1. 11. Q. 1. & in c. eos. 32. distinct. affirmatinam sententiam amplectitur, ut in c. Ecclesiarum. 12. q. 2. quas sequitur Barbat. in addit. ad Abb. in c. 2. de fo. cōpet. Marian. c. 1. eo tit. Maran. in speculo, par. 4. distinct. 11. nū. 4. Summa Clauas. ver. Clericus. §. 14.
- Sed in diuersam sententiam crebrius itum est quodad conductores, & famulos, qui pretio seruunt, vel eos, qui Ecclesia oblati non sunt, Archi. d. c. clericum. Abb. d. c. 2. Frider. s̄epe alleg. consl. 111. col. pen. Aufrer. de potest. secul. nū. 36. reg. 2. dicens esse speciale in familia Episcopi, vt fori ecclesiastici priuilegio potiatur. Et sic seruari aiunt Ant. à But. Feli. d. c. 2. post Archi. d.c. clericum. & d.c. Ecclesiarum. vbi etiam Aret. Clar. s. fi. q. 35. vers. Quartò nō. quod familiaris. & in grauiore specie Gram. consl. ciui. 102. Capic. decis. 12. Concil. Trident. 13. sessione, c. 6. & ita aduersus Urbanum Vigerium Episcopum Senogalliens. maximè repugnantem, dum essem Auditor, & Locutus Reuerendissimi, & Illustrissimi Card. Vrbini, obtinui, & postea Placentiæ, dum ibi Gubernatoris munus gerebam. Vbi Baroncellus ciuitatis famulū executoris Episcopi, qui Cardinalis Neapolis nuncupabatur, cum vetito archibusio breuioris mensuræ carce, iibus mancipauerat : petebatur remissio tanquam esset de Episcopi familia : quam ego denegauit ea ratione, quod non esset de familia eius, sed Baroncello, qui Episcopo seruiebat : quandoquidem quis de familia dicitur, qui naturali coniunctione, vel ciuili jure subiectitur, l. pronunciatio, s. familiæ, vbi glos in ver. aut natura. ft. de ver. sign. quæ ponit exemplum in familia Episcopi, vel Prælati : quod casui nostro simile non videtur, cum non esset conductus ad Episcopo, sed ab eius Baroncello : imo nec ab Episcopo cognitus. Ad idem allegabam tex. in d. l. 1. vers. Seruientium, idest seruorum. Dicit ibi glos. & licet etiam liberi, qui seruunt, comprehendantur, & de familia publicanorum dici possint : tamen dicuntur de familia in eo ministerio tantum d. Glos. in ver. Seruientiū. vbi probatur, quod famulus, qui extra illud ministeriū deliquerit, de publicanorū familia dici non debet. Sic in specie nostra, cū famulus ex mini-

- ministerium, ad quod conductus fuerat, deliquerit; nēdum de familia Episcopi non dicitur, sed nec Baroncelli, ferendo arma vestita, quæ etiam Baroncellus generalis aduersus generalia proclammatæ Serenissimi Ducis Placentiæ portare non audebat : & ita Reuerendissimo, & Illustrissimo Card. minime reciamanti seruatum fuit.
- Intelligo tamen, quod de familia Episcopi dictum fuit, in ijs, qui personæ Episcopi, vel Ecclesiæ seruunt; non autem in ijs familiaribus, & in eo seruatio, quod nihil spiritualitatis habeat: sicut in colonis, rusticis, & custodibus bestiarum clericorum: qui ciuili foro subiectiuntur, c. accusatores. vbi Bellem. nū. 5. 3. q. 5. Aret. & etiam Gramm. supra.
- 26 Nuper in ciuitate Lucæ, vbi Prætorū gerebat Camillus filius meus, quæstionis fuit, an ab ipso Prætore, ac Excellentissimo, & Illustrissimo Magistratu ecclesiastica libertas lēsa diceretur, quia Scribam Episcopalis curiæ laicum falsi condemnauerunt: quod falsam de clericatu cuiusdam fidem fecerat: & ex prædictis negatiuē respondendum videtur, prout etiam Prætori visum fuit: nempe quia Notarius est laicus, non commensalis Episcopi, eius personæ, vel Ecclesiæ non seruiebat, & id, in quo deliquerat, etiā ab alio notario fieri poterat, & ita, vt audio, in consilio, seu congregazione Reuerendissimorum Cardinalium decretum fuit.
- 27 An autem concubina clerici de ipsius familia dicatur, ita vt à Iudice laico puniri non possit: pleriq. eam de familia crediderunt, l. 1. s. familiæ. ff. de public. & consequenter tanquam de foro ecclesiastico contra eam inquire non posse: quod & probasse videtur Steph. Aufrer. post multos, quos allegat, de potest. seculari, reg. 2. nū. 34.
- Sed contrarium probant Ancha. conf. 176. Dec. Claud. Aquen. & Cagn. in l. cum quædam puel. ff. de iurisd. omn. iud. Boer. decis. 72. Zaf. li. 2. respon. singul. c. 17. quia tex. in d. s. familiæ de familia licita, non etiam de infami intelligendum est: nec de foro Ecclesiæ dici debet ea, quam Canones persequuntur, & puniunt: & hæc verior est sententia, quam ipse Lubentissimè sequor, si tamen sit concubina notoria clerici, vel presbyteri iuxta distinct. Ancha. supra: quod tandem etiam Aufrer. de potest. secul. reg. 2. nū. 34. licet multos in contrarium adducat, fateri videtur.
- 28 Quid in fideiustore clerici, an coram Iudice laico coueniri possit? & videretur negatiue respondendum, quia exceptiones, quæ prin-

De Libertate ecclesiastica.

- principali competunt, etiam fideiussoribus competere solent,
§. fi. Institut. de excep. Dec. conf. 21.
Sed in diuersam sententiam veritas, quando non sumus in exce-
ptionibus realibus, vel mixtis: sed in merè personalibus, 1. ex-
ceptiones. 2. vbi Castren. ff. de fideius. Glos. in l. exceptiones.
C. eo. & Idem in fideiussore pro filiof. vel minore, Glos. Porc.
Ias. d. §. fi. & in specie proposita Vrsil. ad decis. Neapol. 206.
Posset tamen clericus principalis, vti defensor necessarius, com-
parere, & allegare exceptiones, etiam competentes ex persona
sua, vt ex Aret. Institut. de excep. circa fi. & Rocca Placenti-
nus in praxi iudicaria, li. 3. tit. de excep. quæ reo competit, an
etiam fideiussori competitat.
- 29 Quæstionis etiam plures fuit, an fratres, & sorores, vt aiunt,
tertij ordinis sint è foro Ecclesiæ; itaut non ledatur Ecclesiæ li-
bertas, si quando Iudices laici eos in iudicium trahant, vel ad
testimonium perhibendum, vel quia in profanis à laicis con-
ueniantur: & pleriq. afferuerunt, priuilegijs monachalibus vim
fieri, tanquam talis viuendi modus à Nic. 4. approbatus fuerit,
vt refert Io. ab Imol. in Clem. 1. de relig. dom. nu. 9. Vnde quo-
tidie ipsorum fautores aduersus laicos Iudices insurgunt, &
protestantur.
Sed contrarium verius, & æquius est: quia eiusmodi personæ non
sunt ecclesiasticæ, vel religiosæ, itaut Ecclesiæ immunitate frui
possint, d. Clem. 1. Bal. 1. placet. C. de Sa. san. Eccles. nec
profitentur tria vota religioni substantialia, Archi. c. vnico. de
vot. li. 6. Ange. conf. 218. Fatetur. Cor. conf. 203. licet contra-
rium responderit: quia tunc vigebat allegata Bulla Bonif.
Vital. d. Clem. nu. 43. cum seqq. & prædictos non esse reli-
giosos, & laicorum statutis ligari, respondit Paris. conf. 40.
nu. 13. li. 3. & nouissimè Mysinger. conf. centesimo. nu. 14.
cum seqq.
Contrarium respondisse videtur post antiquiores Io. Bolognet.
conf. 22. sed in ea specie præcedebat Tertiariorum votum per-
petuæ castitatis, & obedientiæ in manibus superiorum: viuebant
in paupertate, paucis bonis pro viatu retentis; & certum viuen-
di modum seruabant: longè distant ab eo, quo Tertiarij nostri
seculi vtuntur.
Nec quicquam repugnat concessio Nic. 4. quia illi, & similibus,
si quæ sunt, à Pio 4. & Greg. 13. derogatum fuit. Ita vt siue in
terminis iuris communis, seu Pontificij versemur, hæc sententia
verior,

- erior, & crebrior videatus, & sic plures seruani, & seruari
vidi.
31. Vr. loco ea qualio omittenda non videtur, an Iudex se-
cularis ecclesiastica libertatem impedit, ita vt excommuni-
cari possit, si ab ecclesiastico Iudice requisitus ad exe-
quendum, vel sibi dandum familiam (quod seculare brachium
voçant) vt eius sententiam exequatur, parere recuseret: quia
sibi de processu nulla fiat fides: & excusandus videtur, c.
perniciosem. vbi Innoc. But. Abb. Alci. nu. 24. in 7. not.
de offi. ord. c. Non inuenitur. 33. Q. 4. si eam iniustam
nouerit, non aliter, vel iuris ordine non seruato latam, Fe-
lli. c. cum sit. nu. 8. de foro compet. Afflct. decis. 220. nu.
9. Narr. conf. 329. Beret. conf. 4. nu. 7. etiam si brachium ad-
uersus clericum petatur, vt in specie respondit Oldrad. conf. 89.
32. quia, eius conscientia repugnante, alterius sententiam exequi
minimè debet, Aufrer. de potest. Eccles. nu. 20. sed potius re-
scribere: & si de causa sibi non liqueat, aliquam causæ cogni-
tionem degustare, & inde ad executionem deuenire, Anchar.
conf. 342. Rol. 37. li. 1. nu. 7. Beret. supra. nu. 15. Quod si Iu-
dex ecclesiasticus ministros tantum petat, vt ipsem exequi
possit: tunc Iudex laicus, cui de iniustitia aliter non constat,
ministros tradere non recusabit, vt ex ijs, quæ scribunt Alci.
Beret. & alij supra, deprenditur. Sicut etiam exequi non detrac-
tit in causa hæreseos, quæ est merè Iudicis ecclesiastici; & cui
ab ipso Iudice executio demandatur, vt scribunt Bondi Saluus
de hæret. Q. 19. nu. 6. Bos. de foro compet. nu. 161. & tit. de
denunc. nu. 11. & Sot. de iust. & iu. li. 3. q. 4. art. 2. Quod &
ipse plures seruui Romæ, dum criminalium Locutentis mu-
nus gerebam, sanctæ Inquisitionis officiò sic, & eo, quo solet
modo, mandante.
- In ijs tamen omnibus, quæ in hoc libello continentur; con-
testatum volo, me non aliud sensisse, quam quod sacri cano-
nes, concilia, & sacrosancta mater Ecclesia credit, & tenet:
cuius correctioni, & iudicio post tot opinionum symplegadas,
in quibus errare facile est; me, & omnia scripta mea humiliter su-
bijcio. Ad laudem Dei Opt. Max. &c.

F I N I S.

E

Ios. Ferreius, Dei, & Apostolicæ Sedi gratia Archiepiscopus Colosseñ. & Coadiutor Vrbinas.

Octauiani Vulpelli Iurisconsulti à Sancto Angelo in Vado Tractatum, De Libertate ecclesiastica, videndum à reuisoribus, à nobis deputatis, curauimus: qui, cum nihil in eo alienum à fide, sed cuncta bonis moribus consentanea inuenient; vt formis excudatur, licentiam concessimus. Datum Vrbini ex Palatio Archiepiscopali die 23. Junij. 1594.

Ludouicus Agnellinus Cancellarius.

I. N. D. E. XI.

R E R V M , Q V A E I N H O C L I B E L L O

CONTINENTVR.



- C T O R laicus, ad iudicium seculare clericum trahēs, cadit à iure suo. Prima parte. num. 20. folio 5.
Animalia clericorum damnum dare reperta an capere liceat. Terti. par. nu. 15. fol. 28.
Bona ad titulum patrimonij si clericis concedantur, an vestigalibus gravari possint. Sec. par. nu. 4. fol. 11.
Clerici, etiam ex Episcopi consensu, laicorum foro se subjeccere non possunt. Prima par. nu. 15. fol. 4.
Clerici ad unam causam tantum Principis secularis delegati fieri possunt. Prima par. nu. 17. fol. 5.
Clerici quomodo à consilijs Principum, fiant. Prima par. nu. 18. fol. 5.
Clericus, Indicis secularis forum non delinans, quomodo puniatur. Prima part. nu. 19. fol. 5.
Clericos ad resignanda beneficia compellentes, ecclesiasticam liber. offendunt. Prima par. nu. 25. fol. 6.
Clerici pro extraneis non habentur: quia sunt ciues, & membra Reip. Secunda par. nu. 14. fol. 14.
Clericorum frumenta an sub generali pretij moderatione continantur. Sec. par. nu. 21. fol. 16.
Clerici, frumenta carius vendentes, peccant. Sec. par. nu. 20. fol. 16.
Clerici ad charitatis opera magis tenentur, quā alij. Sec. par. nu. 23. fol. 17.
Clericorum bona sunt pauperum. Sec. par. nu. 24. fol. 17.
- Clerici an teneantur ad ea, que ob pub. utilit. statuta sunt. Sec. par. nu. 25. fol. 17.
Clerici an teneantur statutum, Ne altius aedes tollantur, quod Via sternantur, quod Pontes reficiantur. Sec. par. nu. 26. cum seqq. fol. 17.
Clerici an teneantur ad murorum instrutionem. Sec. par. nu. 29. fol. 18.
Clerici quando ad murorum custodias teneantur. Sec. par. nu. 30. fol. 18.
Clerici coram ordinariis eorum frumenta describi facere debent. Sec. par. nu. 31. fol. 18.
Clericorum privilegia personis adherent. Sec. par. nu. 33. fol. 19.
Clerici an teneantur statuto, quod nemo vada noctu absq; lumine. Sec. par. nu. 36. fol. 19.
Clericus, repertus cum armis, an à satellitibus laicis capi possit. Sec. par. nu. 37. fol. 19.
Clericus, in flagranti criminis repertus, an ab executore laico capi possit: vt Episcopo exhibeat. Sec. par. nu. 38. fol. 20.
Clericus quid si absq; habitu, & tonsura reperiatur. Sec. par. nu. 39. fol. 20.
Clericus, de affassinio notatus, an à laico capi, & damnari possit. Sec. par. nu. 40. fol. 20.
Clericus, corā Iudice laico causam agens, quando laicorum statutis allegetur. Sec. par. nu. 42. fol. 21.
Clericus, contrahendo cum laicis, an eorum consuetudines servare teneantur. Sec. par. nu. 43. fol. 21.

† Cle-

I N D E X.

- Clericus in decisorij laicorum legibus non subiicit. Sec. par. nu. 44. fol. 21.
 Clericus statucaria praescriptione non ligatur. Sec. par. nu. 45. fol. 22.
 Clericus ad quas collectas teneatur. Sec. par. nu. 46. fol. 22.
 Clericus an teneatur hospites recipere. Sec. par. nu. 47. fol. 22.
 Clerici ansubeant onera, qua ob hostium incursum imponuntur. Sec. par. nu. 48. fol. 22.
 Clerici an ad datum vino impositum teneantur. Sec. par. nu. 50. fol. 23.
 Clerici an datio carnis, & salis subiicitur. Sec. par. nu. 51. fol. 23.
 Clerici an frui possint statutis sibi fauorabilibus. Tert. par. nu. 8. 9. & 10. fol. 26.
 Clerici vtuntur statuto, dante facultatem vicino retrahendi rem venditam. Tert. par. nu. 9. fol. 26.
 Clerici comprehenduntur statuto, quo agnati cognatis preferuntur. Tert. par. nu. 10. fol. 26.
 Clericus an laicos ad compromissum provocare possint. Tert. par. nu. 11. fol. 27.
 Clericus secundogenitus an a primogenito exstat: excludatur. Tert. par. nu. 11. fol. 27.
 Clericorum coloni an in fructibus grauari possint. Tert. par. nu. 12. fol. 27.
 Clericorum coloni, & animalia an a laicis vexari possint. Tert. par. nu. 13. fol. 28.
 Clericorum animalia, vbi publica suadet utilitas, an grauenerit. Tert. par. nu. 14. fol. 28.
 Clerici seruare tenentur laicoru edictum ob aeris salubritatem. Tert. par. nu. 16. fol. 28.
 Clerici, negotiationis gratia frumentum extrahentes, an vettigali subiiciantur. Tert. par. nu. 19. fol. 28.
 Concubina clerician de eius familia dicatur, & sic de foro Ecclesia. Tert. par. nu. 27. fol. 31.
 Confugientes ad Ecclesiā qui extrahunt, quando ecclesiastica libertatem lādant. Pr. par. nu. 26. fol. 31.
 Constitutio Ducalis super matrimonio clandestino an valeat. Pr. par. nu. 24. fol. 6.
 Constitutiones Ticensi grauant clericos pro bonis sibi donatis, vt collectis sine obnoxia. Sec. par. nu. 5. fol. 12.
 Constitutio, quod bona stabilia sine Principis licentia non donentur, an valeat. Ementes à clericis frumentū an ad vettigal teneantur. Tert. par. nu. 18. 19. fol. 28. & nu. 21. fol. 29.
 Constitutio, quod Mulieres nuptæ ab aliquo Ducali diplomate non obligentur, an Ecclesia, & clericis prædicet. Sec. par. nu. 9. fol. 13.
 Constitutione, que alienationem prohibet in non subditos, an clericos comprehendant. Sec. par. nu. 12. fol. 14.
 Constitutionis verba quod in rem, vel in personam sint, an referat. Sec. par. nu. 15. fol. 15.
 Constitutio Principis, quod frumentum extra territorium non exportetur sine licentia, an clericorum frumenta contineat. Sec. par. nu. 17. fol. 15.
 Coniugantes laudabiles in quocunq. foro seruande. Sec. par. nu. 32. fol. 18.
 Decimas, vel eleemosynas dari vetans, Ecclesia libert. offendit. Pr. par. nu. 5. fol. 2.
 Dignitatis clericorum babenda ratio. Pr. par.

I N D E X.

- Pr. par. nu. 31. fol. 3.
 Ecclesia libertas quomodo lēdatur. Pr. par. nu. 4. fol. 2.
 Ecclesia, facinorosos recipiens, animunitatis priuilegium perdat. Pr. par. nu. 29. fol. 7.
 Ecclesiastica libertas an lādatur, si laicorum statuto bona pro collectis obligentur. Sec. par. nu. 1. fol. 10.
 Edictum, quod linea propè ciuitatem non madefant, etiam à clericis seruandū, Tert. par. nu. 17. fol. 28.
 Edictum, quo prohibentur laici armatorum congregations in Ecclesijs face-re, an valeat. Pr. par. nu. 23. fol. 6.
 Ementes à clericis frumentū an ad vettigal teneantur. Tert. par. nu. 18. 19. fol. 28. & nu. 21. fol. 29.
 Ementes à laicis à gabellis immunibus antenantur. Tert. par. nu. 20. fol. 29.
 Emphytenta Ecclesia an collectis sit obnoxius. Tert. par. nu. 22. fol. 29.
 Familia clericorum an laicoru foro subiiciatur, Tert. par. nu. 23. fol. 30.
 Familia Episcopi quando à laicorum foro exempta sit. Tert. par. nu. 24. fol. 30.
 Familia appellatione qui veniant. Tert. par. nu. 25. fol. 30.
 Familia appellatione an veniat scriba Episcopi ejus laicus. Tert. par. nu. 26. fol. 31.
 Fideiressor clericis an fori priuilegio fruatur. Tert. par. nu. 28. fol. 31.
 Federicus Imp. pracepit, eccles. libert. seruari. Pr. par. nu. 1. fol. 2.
 Fratres, & sorores tertij ordinis an sint e foro Ecclesia. Tert. par. nu. 29. fol. 32.
 Funerum impensas olim faciebat Ecclesia Constantinopolis. Pr. par. nu. 10. fol. 3.
 Homicidium ex proposito perpetrans an in Ecclesia sit tuus. Pr. par. nu. 27. fol. 6.
 Immunitates an, si de publica utilit. a-gatur, seruentur. Sec. par. nu. 20. fol. 16.
 Imperatoria leges an in foro canonico attendi debeant. Sec. par. nu. 35. fol. 19.
 Index laicus quando seculare brachium Episcopo dare teneatur. Tert. par. nu. 31. fol. 33.
 Index, conscientia repugnante, an sententiam alecarius exequi debeat. Tert. par. nu. 32. fol. 33.
 Laici, clericos ad seculare iudicium tra-hentes, an eccles. libert. lādant. Pr. par. nu. 14. fol. 4.
 Laicus, qui ex Ecclesia extrahi non possest, an armis vettiis spoliari possit. Pr. par. nu. 30. fol. 7.
 Laicus, si post delictum fiat clericus, an a Indice laico puniatur. Sec. par. nu. 41. fol. 20.
 Laici aduersus clericorum personam nullum statuendi Ius habent. Tert. par. nu. 26. fol. 25.
 Laici an statuere possint, vt eorum leges clericis non profici. Tert. par. nu. 5. fol. 25.
 Lex ad instrutionem C. de Sa. san. Ec-cles, in quibus correcta fuerit. Sec. par. nu. 49. fol. 23.
 Monacha filia an ligetur statuto, Quod flantibus masc. Tert. par. nu. 1. fol. 25.
 Monasterium, si filia statuti tempore non sit ingressa, an sibi obesse possit. Tert. par.

I N D E X.

- par. nu. 3. fol. 25. Statutum, quod probibet alienationes
 Papa an mandare possit, vi clerici co- in Ecclesiis, an contra liber. eccles.
 ram laico conueniantur. Pr. par. dicatur. Sec. par. nu. 6. fol. 12.
 nu. 16. fol. 4. Quid si in non subditos. Sec. par. nu. 6.
 Pœna ecclesiastican libert. laidentis. Pr. & 7. fol. 12.
 par. nu. 2. fol. 2. Statutum, ubi de pub. utilitate non agi-
 Principes, qui apostolicas litteras absq; tur, sed priuatorum tantum, an cle-
 eorum licentia presentari vetant, an ricos comprehendat. Sec. par. nu.
 libert. eccles. laident. Pr. par. nu. 16. fol. 15.
 32. fol. 5. Statuto, quod fratribus ab intestato deceden-
 Principes an alienandi libertatem in ti succedant laici, an clericus exclu-
 clericorum præindictum coercere pos- datur. Tert. par. nu. 4. fol. 25.
 fint. Sec. par. nu. 13. fol. 14. Statutum, Quod fratibus masc. ob agna-
 Statutum, quod occidens clericum pe- tationem conseruandam factum. Tert.
 cuniariter puniatur, est contra libert. par. nu. 6. fol. 25.
 eccles. Pr. par. nu. 6. fol. 3. Statutum, Quod fratres. masc. an profit-
 Statutum, prohibens laicis cum clericis soli masculo clero. Tert. par. nu. 7.
 contrahere, est contra libert. eccles. fol. 26.
 Pr. par. nu. 7. fol. 3. Statuta, quod facta sint à Principe, vel
 Statutum, quo funeribus pompa immi- ciuibus, multum differt. Sec. par. nu.
 nnatur, an valeat. Pr. par. nu. 8. 34. fol. 19.
 fol. 3. Tertiarij an dicantur religiosi. Tert. par.
 Statutum, quod in Missis nouellis extra nu. 23. fol. 32.
 modum non donetur, an sit contra lib- Testatoris dispositio aduersus bonos mo-
 Eccles. Pr. par. nu. 9. fol. 3. res an seruanda. Pr. par. nu. 13.
 Statutum, quod Ecclesia nunquam pre- fol. 4.
 scribat, an valeat. Sec. par. nu. 2. Testator an mandare possit, eius corpus
 fol. II. cum alacritate sepeliri. Sec. par. nu.
 Statutum, tribuens executionem instru- 15. fol. 3.
 mentis laicorum tantum, an laedit ec- Tribaces populi funeribus gaudent. Pr.
 cles. libert. Sec. par. nu. 3. fol. 11. par. nu. 11. fol. 3. et nu. 12. fol. 4.

F I N I S.

